



ix. 38.  
PRINIVS. dūior.  
Omnia perit tempus, quod studiis non  
impartit.

NB.

Proprietates artium.

Grammaticorum canones; Dialacticorum acumen,  
Rhetorum flosculis; Physicorum secreta; Mathematicorum  
apodictas; Metaphysicorum sublimia; ethicorum  
precepta quicunque diligentia excussit, ad  
Theologorum arcana; Iurisperitorum prudentiam  
et medicorum experientiam viam sibi feliciter  
struxit, & cyclopaediam absoluit:—

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

J. 45.



Τὸ κρᾶννα φάρμακον ἐστὶν, ἀντὶ τοῦ βῶα.

Nita

Lucretius in V. celebrat philosophiam  
hisce verbis:

Nam si cum ipsa petit, maiestas coarctata reep.  
Dicendum est, Deus ille fuit deus, in clypeo Manij.  
Qui princeps, Nitit rationem inuenerit eam, quae  
Nunc appellat<sup>r</sup> sapientia, quicq; per artem  
Fluctibus à tantis Nitam, tantisq; tenebris.  
In tam tranquillo, & tam clara luce locavit.  
Idem.  
Nitq; nulli mancipio dat<sup>r</sup>, omnibus usu.

Gasparus Lanchus in epta annotationibus  
Symbolum (ve de me loquitur) ve aliter videtur vix adhiberi possunt  
Circulo non app. si arithmeticum, omni Astrologia, omni Cosmographia  
omni naturalis historiae, Naturae quaestructum, tractores voluisse, alijs quia  
Vestrumq; re Huius, re perponij nitae, re plinij rebus, rebus  
vlti permissi.



Cor sapit, at pulmo loquitur, sed comouet iram.  
Splen ridens facit, coeque amat ire cur.

Joannes Baptista Schenck Anagninensis

Dialectica & Politicè miranda . . .

Physicè vero diuina.

Quoniam in  
Arist. De Mundo.

Philosophia partes tres habens, unam, qua se metus,  
tanguam caeli investigationi res futuri parat, acutiq;  
διὰ τελευτήν in rationes, quibus inter investigandum  
stat, quam certè fidesq; sint, ante oia animaduertenda  
sunt. Alteram qua ad curam hominum, tractanda negotia  
vitamq; totam abundantiam in se hinc, καὶ διὰ τελευτήν, & ἡσυχίαν  
προσέχει, ipsam iam nunc res speculationem: in omnibus  
vehementer laudat, sed in postrema maxime miranda est. *est. p.*



8/3335

IN ANGELI  
POLITIANI NUTRI  
TIA COMMENTARII.

Auth. Ioan. Ludouico Brassicano Iuris  
utriusq; consulto.

IOANNI LUDOVICO

*Brasiano, Rosinus.*

Aonio Musæ puerum te fonte rigarunt,  
Hic tibi Pierij Nectaris haustus erat.  
Cynthius æterna merito tua tempora lauro  
Induit, & clari nominis auxit ope.  
Ergo pro meritis gratus Nutritia reddis,  
Hinc celebris per te sacra poesis erit.  
Tu Musas igitur Musæ celebrare uicissim  
Te satagunt, sic par extat utrinq; Charis.

Norimbergæ anno domini  
M.D. XXXVIIII.



Seneca lib. 1. Epistolarum. 29: 10:  
Sic vult min. hominib., nunq. Anis. videri. Sic loquitur omni Deo tanq.  
hominis auctorem.



# MAGNIFICO

AC AMPLISSIMO DOMINO  
NO IOANNI PANNGARTER A PANN  
garten, Domino in Erenbach, Cæsareæ ac Regiæ Ma-  
iestatis Consiliario, Domino & Patrono obseruandis-  
simo, Ioan. Ludouicus Brassicanus S. D.

**R**ECTE atq; ordine mihi facere uidentur, uir  
amplissime, q; ingenij sui foeturas alicui he-  
roi inscribere ac dedicare consueuerunt, nã  
& operi non uulgare inde accedit decus, &  
in tanta maledicendi licentia autor facilius maleuolorũ  
declinat ac effugit obtrectationẽ. Cum igitur in hãc cu-  
ram ardentissimè incumberem, ut huic lucubratiuncu-  
læ patronum ac quasi *εὐεργετιστὴν* compararem, cõmo-  
dè in mentem uenit, incredibilis tuæ erga studiosos uo-  
luntatis ac beneficentiæ, quo nomine inter Germaniæ  
Magnates ita passim celebraris, ut immortale apud om-  
nes ordines ac alienigenarũ hominũ nationes nomẽ cõ-  
sequutus sis. Cõfirmauit uero nuper hanc meã de te co-  
gitationem doctissimus grauissimusq; uir Iohannes  
Voyt I. V. Consultus, mihiq; non solum sanguinis ne-  
cessitudine, uerumetiam similibus studiorum uinculo  
coniunctissimus, qui ut hanc opellam tibi nominatim  
inscriberem, non solum author sed tantum non com-  
pulsor fuit. Qui enim committere possem; ut non huic  
potius quicquid id est ineptiarum mearum dedica-  
rem, qui singulari sua humanitate ac benignitate ul-



trò sese studiosis offert ac præstat patronum. Nam ut ce-  
teras præclaras uirtutes taceã, quid est ad nominis tui  
memoriam illustrius, quàm literatissimos quosq; ita in-  
credibili studio ac amore complecti: nimirũ, qua es sin-  
gulari prudentia, acutissimè uides gentis tuæ memoriã  
non maximarum opum magnificentia, qua tu præ alijs  
unicè affluis, sed uirtutũ cõmendatione quas sanctissi-  
mè colis, posteritati prodendam, ac quasi propagandã  
esse. Nam ut hæc sunt fluxa & caduca, atq; temporis ui-  
cissitudini obnoxia, ita rursus benefactorũ monumen-  
ta stabilia ac firma, dum literæ loquẽtur, durant ac per-  
manent. Quo fit, ut liberos tuos bonarum artium studi-  
is præcipuè informandos, instituẽdosq; censueris, præ-  
cipuè uerò Ioan. Georgium iuuenem præter ætatem &  
prudentia singulari, & modestia innata præditum, qui  
me in Italia Legum studijs incumbentem, paternam sci-  
licet uirtutem imitatus, maximis officijs auxit, & orna-  
uit. His rationibus fretus uir amplissime, non dubitauĩ  
hos ingenij mei fructus, ante septenniũ fermè à me edi-  
tos, tibi præcipue *προσφωρειδω*, nã & tutius sub nominis  
tui splendore tanquã Teucer sub Aiæcis clypeo in lucẽ  
prodibunt, & me animi ergà te mei qualem qualem si-  
gnificationem dare uoluisse declarabunt. Vberiores ue-  
rò deinde sequentur, nempè Commentaria in Cicero-  
nis libros tres de Legibus, item in Institutiones, ac in  
totum titulum ff. de Re militari, Viennæ Idib. Februa-  
anno M. D. XXXVIII.

C. Vrsini



# C. VRSINI VELII HISTORIO-

GRAPHI AC PAEDONOMI

Regij Carmen.

**C**ulte liber gentes iam nunc aditure remotas,  
Quæ modo cum Græcis uerba Latina sonant.  
Vade, age, cunctorum sic responsure palato,  
Melle & Cecropio, dulcis & Ausonio,  
Felix ô nimium talem sortite patronum.  
Felix ô talem sed mage nocte ducem,  
Quo nec erat melior iunctus cum Pallade Phœbus.  
Magna sit illa licet, magnus & illic Deus.  
Iam uero ut norint, quoscunq; accesseris, omnes  
Auspicijs hominum cuius in ora uenis.  
Expeditam breuiter, primum ne nomina ponam,  
Nomina cum titulo pagina prima docet.  
Hic uir, hic est Regis qui quæq; negocia tractat  
Ardua, concilio primus in Austriaco  
Rebus in eximijs, cuius sapientia nota,  
Fortis ut obsessa miles in urbe fuit.  
Pax est, pacis obit, bellum subit omnia belli  
Munia, consilio, dexteritate, manu.  
Quinetiam orando mortalia pectora mulcet,  
Linguarum doctus uerba rotunda trium.  
Quòd si uirtutes adnitar dicere cunctas  
Ordine, te maius conficietur opus.  
Sed tu iam fretus tanto duce, & auspice tanto  
Vsq; uel ad Thylen uade uel ad Meroen.

A 3



# CLARISSIMO

VIRO HIERONYMO HOLTZ

schuhero Senatori cōsultissimo, Tho. Venatorius S.



In non uana fides, ut non est uana putanda,  
E' coelo uitam ducere quencꝫ suam:  
Vitæ etiam studiū coelo descendit ab ipso,  
Sunt etenim uitæ sydera certa, duces,  
Vt quid enim casu, uulgus ceu forte putauit,  
Constaret rapido sydera inesse polo?  
Haud tamen astriferum post se trahit omnia coelum,  
Est quod ab arbitrio pendet, agitꝫ Dei.  
Sydera dissimiles fundunt per pectora sensus,  
Et gaudent uires distribuisse suas.  
Hinc ille ignotas currit uagus aduena ad urbes,  
Quandoquidem sedes diligit ille uagas.  
Alter & Assyrios festinat adire colonos,  
Vt cumulet multo scœnore, tristis, opes.  
Hic Ægypte tui quærit cunabula Nili,  
Inuehat ut merces sedulus arte, nouas.  
Hic petit è Scithycis uenientem montibus Indum,  
Et quicquid passim Ganges & Indus habent.  
Hic Arabum quærit merces, & Thura Sabæa,  
Missasꝫ à Tyrio littore quærit opes.  
Hunc capit auriferi ( tanta est uis insita stellis,  
Tanta polo uirtus ) ripa beata Tagi.

Quin



Quin etiam Cytherea suos diffundit amores,  
Multorumq; animos post sua castra trahit.  
Hos iuuat armorum strepitus, clangorq; tubarum,  
Et quæ sunt ualida, spicula missa, manu:  
Nanq; etiam (sic factorum decreta loquuntur)  
Mars sua qui passim signa sequuntur, habet.  
Sunt quibus arua placent, & culti gratia ruris,  
Et quas dat faciles, Flora perennis, opes.  
Rustica turba greges colit, & multralia pastor  
Dum sequitur læto carmine ducit oues.  
Sic uariant ortus, sic uis & sydera cœli  
Nunc huc nunc illuc cætera multa trahunt.  
Solus idem sequitur sapiens constanter, & audet  
Lubrica stelligeri, temnere iura, poli.  
Nulla illum tangunt fugientis tædia uitæ,  
Liber enim totus qua patet orbis, agit.  
Eximit ex templo uiciosi pectoris æstum,  
Qui fuit ingentis sæpe ruina mali.  
Deniq; cum diuis sapiens consortia ducens,  
Scrutatur summi, sensa reclusa, boni.  
Nimirum Heroas ueteres comitatur, & illos  
Qui, nos quæ seruant iura dedere, duces.  
Legibus ipse Solon doctas ducebat Athenas.  
Consilijs, ualuit Sparta, Lycurge tuis.  
Sic pater ille tuus, quæ non uirtutis amore,  
Quæ non & patriæ nomine dura tulit?  
Sæpe sua patrium ornauit uirtute Senatum,  
Ornauit doctos, doctior ipse, uiros.

A iij

Sæpe



Sæpe bonos iuuat, ductus uirtutis odore,  
Ut qui uirtuti poneret ante nihil.  
Denique cunctorum mentes hominumque Deumque  
Officijs studuit demeruisse suis.  
Nec minus & Musas uisus coluisse per artes,  
Et quæ sunt Musis, commoda iuncta, sacris:  
Scilicet ut posset patriæ rebus sic utilis esse,  
Sic posset studijs consuluisse bonis.  
Hæc patris studia, Hæc duxerunt astra parentem,  
Imò illum duxit, qui regit astra Deus.  
Cuius tu modo rite sequens uestigia prudens,  
Immotos retines in statione pedes.  
Ipse etenim seu forte foris, seu forte domi sis,  
Rite uales armis, rite ualesque toga.  
Non una tantum, gemina sed Pallade clarus,  
Ut nobis fecit docta Vienna, fidem.  
Nam quo illic se nutrierat iam Brassica longo  
Tempore, fit noster te duce, nempe cibus.  
Brassica nunc Hederas & Lauros uincit honore,  
Brassica purpureas uincere docta Rosas.  
Brassica nunc fructus totum diffundit in orbem,  
Brassica luridici luxque iubarque chori.  
Cætera pro merito si pergam dicere, rerum,  
Maius ab incepto carmine surget opus.  
Viue igitur scelix Hieronymus, uiue beatus,  
Hic quod abest, reliquum, finis & ἄλφα, dabit.

πλῆρες.

Catalo-



CATALOGVS TAM GRAECORVM QVAM  
 Latinorum authorum, qui in hisce commentarijs citantur.

¶ Poetae Graeci.  
 Orphei hymni. (uterq;  
 Homerus et eius interp̄s  
 Hesiodus. eius interp̄s.  
 Theognis.  
 Aeschylus.  
 Sophocles.  
 Euripides.  
 Aristophanes: eius iter̄ps  
 Pindarus. eius interp̄s  
 Theocritus. eius interp̄s.  
 Aratus. eius interp̄s.  
 Nicander. eius interp̄s  
 Callimachus. ei9 interp̄s.  
 Apolloni9. ei9 interp̄s  
 Phanocles.  
 Lycophron. eius interp̄s.  
 Authores Graec. Epigra.  
 Q. Calaber.

¶ Historici, Philoso-  
 phi, ac oratores Graeci.  
 Herodotus.  
 Thucydides.  
 Strabo geographus.  
 Diodorus Siculus.  
 Isocrates.  
 Demosthenes.  
 Pausanias.  
 Iosephus.  
 Eusebius.  
 Diogenes Laertius.  
 Aristides.  
 Xenophon.  
 Aristoteles.  
 Plutarchus.  
 Origenes.  
 Plato.  
 Maximus Tyrius.  
 Menander Rhetor.

Iamblichus Platonico9.  
 Philostratus.  
 Philon Alexandrinus.  
 Stephanus de urbibus  
 Pollux.  
 Dionysio9 Halicarnase9  
 Lucianus.  
 Palæphatus.  
 Athenæus.  
 Phurnutus.  
 Alexāder Aphrodise9  
 Suidas.  
 Ioan. Stobæus in Gno-  
 mologijs Graecis &c.

¶ Poetae Latini.  
 Lucretius.  
 Catullus  
 Plautus.  
 Terentius.  
 Virgilius.  
 Horatius.  
 Tibullus.  
 Propertius.  
 Ouidius.  
 Manilius.  
 Lucanus.  
 Persius.  
 Iuuenalis.  
 Martialis.  
 Statius.  
 Valerius Flaccus.  
 Silius Italicus.  
 Claudianus.  
 Aufonius.  
 Terentianus.  
 Licentius.  
 Marullus.  
 Sido: Apollinaris  
 Actius Syncerus.

¶ Historici ac Orato-  
 res Latini.  
 Varro.  
 Cicero.  
 Salustius.  
 Liuius.  
 Asconius Pædianus.  
 Valerius Maximus.  
 Vitruuius.  
 Cornelius Tacitus.  
 Suetonius.  
 Seneca.  
 Quintilianus.  
 Plinius uterq;  
 Hyginus.  
 A. Gellius.  
 Q. Curtius.  
 Florus.  
 Iustinus.  
 Spartianus.  
 Cens. de die natali.  
 Macrobius.  
 D. Hieronymus  
 D. Augustinus.  
 Seruius.  
 Boetius.  
 Apuleius.  
 Martianus Capella.  
 Festus Pompeius.  
 Nonius Marcellus.  
 Eutropius.  
 Vlpianus in recōsult9  
 Festus Iureconsultus.  
 Picus Mirandul.  
 Budæus.  
 Erasmus.  
 Domit. Chalder. Oui-  
 dij interp.  
 Cælius.  
 Boccatus.



LECTORI CANDIDO,



**E**CCE TIBI Lector candide Commentaria nostra in Angeli Politiani Syluam, cui ipse titulum fecit Nutritia, quæ sanè maxima rerum copia referta est: quò fit, ut in eam propter obscuritatem quæ inde nascitur aliquid lucis adferendum censuerim: hanc uero nostram operam facile ipse cognosces, faciliusq; mihi ignosces, si non prius quàm legeris censurã ac iudiciũ adhibebis tuũ. Sanè per me licuisset Scholia seu Commentaria potius hæc perire, neq; id magno habuissem in discrimine: consilio tamẽ amicorũ adductus, seu potius quotidianis efflagitationibus perpulsus, nolimus quicquid inde ad studiosos fructus ac utilitatis peruenire poterit, diutius illis inuidere. Acerrimos etiã mihi subiecit stimulos Politiani de hoc poemate iudicium, qui id adeo magni fecit: ut quodam in loco sese Commentaria prolixissima in hanc Syluam scripsisse fateatur. Bene uale, & fruere. Viennæ, Idib. Ianuarijs.

POLITIANVS LIBRO NONO EPI  
stol. Epistola ad Mathiam Regem,  
sub finem.

**V**T autem gustum sumere aliquem iam nunc uigiliarum nostrarum possis, en Poëma tibi multa lima cruciatum, quod laudes Poëticæ, quod Historiam continet omnium ferè Vatum, Sed & mittã Cõmentarios paulopost in id opus copiosissimos, in quibus quicquid de uaria multipliciq; lectione condidimus explicabitur: ac ( nisi me dulcissimus amor suscepti laboris fallit ) tantas ex hoc libello uelut è thesauro diuitias proferemus, ut magna ex parte studiosæ iuuentutis quædam ueluti inopia releuetur: ac tum deniq; quiuis intelliget, quàm multis ista mihi lucubrationibus constiterint. Quare ne quæso númeret Angeli Politiani carmina Lector, sed ponderet,







+ In epistolis ad Atticum  
lib: II. Ep: 18. 7 27.

+ Nequa parentibus  
multa exis  
reddidit.



# A. POLITIANI

AVTHORIS POLITISSIMI NV-  
TRICIA, COMMENTARIIS IO-  
annis Ludouici Brassicani illustrata.



Tat' uetus, & nullo lex interitura sub æuo  
Diuorū, atq; hoīm concors incidit in auro  
Scilicet hanc natura parens, dictasse ferūtur  
Fatorum<sup>d</sup> consulta Themis, solersq; futuri,  
Nondum Caucasæ pendens de rupe Prometheus.  
Quæ gratos blandæ officio Nutricis alumnos  
Esse iubet, longumq; pia mercede laborem  
Pensat, & è meritis cumulat compendia curis.



FIGRAPHÆ huic syluæ est Nutricia. Politia-  
nus enim in hoc poematio poeticæ tanquam nutri Titulus Po-  
culæ refert gratiam. Sunt autem nutricia <sup>in plurali</sup>  $\omega\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\mu\alpha\tau\iota\varsigma$  <sup>ematis.</sup>  
 $\pi\iota\kappa\omega\varsigma$  præmia, quæ nutricijs seu nutricibus dantur.  
eo uocabulo utitur Vlpianus  $\pi$ . de uarijs & ex-

traordinarijs cognitionibus semel atq; iterum, & Manilius lib. 4. Et præcium cœli sua per nutricia ferre. Græce dicuntur  $\rho\omicron\phi\epsilon\iota\alpha$ .  
 $\rho\epsilon\pi\eta\eta\epsilon\alpha$ , uel etiã  $\theta\rho\epsilon\pi\eta\alpha$ . Iliad. lib. 9. &  $\rho$ . οὐδὲ τοκεῦσι θρεπῆα φίλοις  
 $\alpha\pi\epsilon\delta\omega\kappa\epsilon$ , ita τὰ δίδασκα, quæ Iuuenalis Minerualia, id est, disci-  
plinæ præmia uocat. Theocritus Idill. 8.  $\delta\omega\sigma\omega$  τὰ δίδασκα τοι αἰ-  
<sup>capra</sup>  $\gamma\alpha$ . ita Homerus, Isocrates & Cicero, τὰ διαγγέλια, tam festa q̄  
mercedes, quæ ob lætum nunciū exhibentur, appellauere. Sic  
Nicæteria quæ  $\epsilon\pi\alpha\theta\lambda\alpha$  &  $\alpha\theta\lambda\alpha$  latine palmaria uocantur, præmia  
uictorum, Iuuenal. Et Ceromatico fert niceteria collo. Suetoni-  
us in Nerone  $\epsilon\pi\nu\iota\kappa\iota\alpha$  uocat carmina in uictoriam decantata. Lu-  
cianus in ueris narrationibus pro epulo quod uictoribus exhi-  
betur

Nutricijs  
quid. 40:  
\* 193:  
 $\rho\omicron\phi\epsilon\iota\alpha$   
 $\rho\epsilon\pi\eta\eta\epsilon\alpha$   
 $\theta\rho\epsilon\pi\eta\alpha$   
 $\delta\iota\delta\alpha\kappa\tau\alpha$   
Minerualia.  
 $\epsilon\pi\alpha\theta\lambda\alpha$   
 $\alpha\theta\lambda\alpha$   
Nicæteria  
palmaria.  
 $\epsilon\pi\nu\iota\kappa\iota\alpha$

B betur





**Charisteria** betur accipere uidetur. Epinicijs similia sunt Episodia. Charisteria etiam sacrificia ob uictoriam. Xenophon libro 4. Παδία. χαριστήρια τοῖς θεοῖς ἀποπέλειν. Pollux libro 7. κόμισσον appellat precium quod datur baiulatoribus. dicitur etiam φορέσον uel φορέον. Ulpianus praeterea in L. falsus. ff. de furt. τὰ μλώντρα indicij praemia uocat, ut Budaeus uir omni seculorum memoria dignissimus legendum arbitratur, quanquam alia exemplaria habent δώρετρα, id est, inuentionis praemia. Sunt etiam Soteria carmina & Sostra sacrificia ob salutem alicuius habita. ὀπήρεια sunt ea munera, quae ob spectacula dantur. Ita Callimachus simpliciter in hymno ad Dianam ἠφαίσου καλίωντος ὅπως ὀπήρεια δδιν. Pollux tamen in secundo onomasticis, εἴρητη, inquit, δὲ τὰ ὀπήρεια τὰ δῶρα τὰ πρὸ τῆς πρῆτον ἰδόντος νυμφίε πλὴν νύμφῳ διδόμενα. Ita etiam in 3. idem Pollux, ἕδνα ὀπήρεια ἀνακαλυπτήρεια καὶ προσφθεγμπτήρεια appellat, & διαπρῆνεια munera quae ob primum conspectum congressum ac colloquium etiam dantur. Ita ἐμφυτευτικὸν ius perpetuarium, & ἐμβατευτικὸν ius detentionis, quod misso in possessionem ex primo decreto contingit. προσβεῖον ius primogenium uel praelegatum filio primogenito relictum. Similiter καμισεῖον & ἀρισεῖον praemium quod pulchriori uel fortiori datur. ἀθρονιαστικὸν autem est quod datur episcopo ordinanti, ut in Auten. Constit. 123. Pollux lib. 4. ἰαφῆον praemium medici, ἐλευπτήρεια θυεῖν sacrificare pro libertate accepta. Sunt etiam Proxonetica & ὀρμηδυτικά uel ὀλθενρωπεῖα quae interuentus uel interpretationis causa dantur. ἡ διαστικὸν sportulae iudiciales. ναῶλα & διαβατήρεια precia transuentionis, ultimum tamen Plutarchus pro sacrificijs propter facilem traiectionem accipit ἐδυσα ἢ ἀφραπτι διαβατήρεια. Eiusmodi etiam quaedam congerit doctissimus uir dominus A. Alciatus in L. inter domum. ff. de uerb. signific. Stat uetus) Elegans exordiū à lege, solent enim Rhetores suis orationibus à legibus uel earum latoribus exordium sumere ad captandam beneuolentiam, ut testatur Aristophanis interpres in hoc Phidippidae: ὁ θελον ὁ παλαιὸς τῷ ἀλόδημος πλὴν φόνιν. Hoc etiam constat ex quibusdam orationibus Graecorum Rhetorum

**Aristoph. interpres.**

Rhetorum





Rhetorum, & in primis Aristidæ Smyrnæi, à cuius exordio Pa-  
 nathanaici, hoc desumptum est sic, νόμος ὅτι τοῖς Ἕλλησι παλαιός  
 οἱ μὲν δὲ καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς πλείοσι φροβύσιν χεῖριν ἐμπλήν ἄπα-  
 ραι ὅση δύναμι. b) Diuorum atq; hominum) Cicero libro  
 1. de legibus scribit deos ac homines non solum communione  
 legis naturalis, uerumetiam gente & agnatione teneri. Probat  
 autem hoc author exemplis Bachi, Iouis, Aeneæ ac Romuli.  
 c) Incidit in auro) Naturale enim ius sub aureo seculo fuit, à  
 quo ius gentium deductum propter rerum cōmercia sub argen-  
 teo seculo. Leges olim in ligno incidebantur, inde Atheniensium  
 Axones cyrbesq; ac Lacedæmoniorum Rhetræ, quæ Ly-  
 curgi instituto magis in ciuium suorum mentibus inscriptæ es-  
 rant. hinc Ro. Tabulæ ut ipsum uocabulum ostendit Horat.  
 leges incidere ligno, ære tamen muniebantur hæ tabulæ. Ouidi-  
 us libro 1. Metamor. Nec uerba minātia fixo ære ligabant, has  
 quidam eburneas fuisse arbitrantur. Deinceps effectum est, ut  
 S. C. quæ legis speciem præferunt in æs inciderentur. Cicero  
 in Philip. Obiter hic notandū est differre axones ac cyrbes, per  
 inde ac apud nos ius publicum & priuatum. Scribit enim Sui-  
 das ex Plutarchi Solone: κῦρβες αἱ τὰς τῶν θεῶν εἰσπρατὲς ἔχουσαι. E-  
 rant præterea Cyrbes triangulares, Axones uero περὶ ἄρῃνοι, ut te-  
 statur Pollux in octauo. Erant etiam apud Athenienses tabulæ  
 αἰθῆρες nomine, in quibus multæ delictorum notabantur, his a-  
 pud Rom. simile fuit Album iudicum, Plinius in præfat. histo-  
 riæ natu. Leges uero quibus filij parentes ætate cōfectos aut ad  
 paupertatē redactos alere cogebātur apud Aristot. in ciuibus νό-  
 μοι πελαργικοί appellan̄t, inde ἀπὸ πελαργῶν, in fragmētis X I I.  
 tabularum ita legimus. Filius arte carens patris incuria eidem  
 necessaria uitæ subsidia ne præstato. Hoc autem desumptum  
 est ex Atheniēn. axonibus, sicuti multæ aliæ leges X I I. tabula-  
 rum isthinc trās latae sunt. Vitruuius in proœmio libri sexti, Ale-  
 xis ait Athenienses ideo oportere laudari, quod omnium Græ-  
 corum leges cogant parentes ali à liberis, Atheniensium nō om-  
 nes nisi eos, qui liberos artibus erudissent, ita & Plutarchus in

Athenien-  
 sium Axo-  
 nes.

L. 2. ff. de  
 origin. iu-  
 ris.

Differunt  
 axones &  
 cyrbes.

Album iu-  
 dicū apud  
 Rom.

Lex, paren-  
 tes ali à li-  
 beris.

Vitruuius.





COMMENT. LVD. BRASS.

1<sup>o</sup> Odis. Solone. (Fatorum consulta Themis) Eleganter ita con-  
 sultus sapientiae, Theologiae ac Medicinae dicimus. Horatius  
 Insanientis dum sapientiae cōsultus erro expressit ipso adiuncto  
 ipsum Themidos, uocabulum. *Θεμισθεν* enim est oracula edere  
 Orpheus in hymnis de Themide.

Orpheus. ἡ πρώτη κατέδ' ἔξε βροτοῖς μανθίου ἀγνόν  
 δελφικῶ εἰ κενθμῶνι θεμισθενσα θεοῖσι.  
 πυθία εἰ δαπέδω ὄδι πυθοῖ ἐμβασίλθεν  
 ἢ καὶ φθίβον ἀΐακτα θεμισθίωσσι ἐδίδαξε.

(Solersq; futuri) Rursus ipsum Promethei nomen *Προμηθεύς*  
 expressit, alludit autem ad illud in arte Horatii. Musa lyrae  
 solers. Suo loco plura de Themide & Prometheo dicemus.

Hinc Italos Phrygio signauit nomine portus  
 Caietæ memor Aeneas, hinc urbe Quirini  
 Annua cinctutos nudabant festa Iupercos.  
 Hinc pater a strigero Dodonidas intulit axi  
 Bacchus Agenoreo facturus cornua tauro.  
 Hinc iubar olenium ratibus pelagoq; pauendum  
 Exoritur, siquidem Cretæa fertur in Ida  
 Capra Iouem puerum fidis aluisse papillis.

Virgilius. (Hinc Italos) Virgilius in septimo.  
 Tu quoq; littoribus nostris aeneia nutrix  
 Aeternam moriens famam Caieta dedisti.  
 Et Statius lib. 1. Sylvarum.

Et sedes Phrygio quas mittis alumno Debet anus.  
 Alij hanc Creusæ aut Ascanij arbitratur fuisse nutricem, Phry-  
 gio nomine. Strabo libro 5. Geographiæ sic scribit, ubi de For-  
 mijs à laconibus conditis mentionem facit, καὶ τὸν μεταξὺ κόλ-  
 των ἐμφυοὶ καὶ αἴθρῃ ἀνόμοισιν τὰ γὰρ κοίλα πάντα καὶ ἰατὰ οἱ λά-  
 κωνος πλοσσερβήσῃ, interpres transtulit curua pro κοίλα, ut in  
 eodem libro de Aritia, forsitan & illud Iuuenal. respiciens. Lit-  
 tore

Strabo.



tore curuo Caietæ, nec Donatus aliter intellexit. <sup>b</sup> ¶ Italos portus) Intelligit formias, quæ à principio *Ἰταλῶν ὄρμος* ita appellatæ sunt. Diodorus libro 6. Biblioth. Caietam ab Aeeta appellatam scribit. Seruius autem *ἔκ τῆς καίης*, quod forsan eo in loco classis Troiana casu combusta fuisset. <sup>c</sup> ¶ Hinc urbe Quirini) De Lupercalibus loquitur, quæ tamen ab Euandro instituta feruntur, ac Romam ab Arcadibus translata. Fiebant enim in honorem Panos Lycaei. Politianus tamen hic opinionem Gellij sequitur, ex libro noct. atticarum quarto. Lupercos ueteres ( teste Sexto Pompeio) Crepos appellabant, à crepitu pellicularum. De Laurentalibus Ouidius in 3. Fastorum mentionem facit: ea tamen exactius in decimo Fastorum, qui non extat, libro perscripturum pollicetur. <sup>d</sup> ¶ Cinctutos) Archaismo usus est. Horat. Fingere cinctutis non exaudita Cethegis, quo in loco de cinctu Gabino loquitur, qui fuit antiquissimus, uel fortes & strenuos, quod olim togis cincti pugnabant. Inde in procinctu Festus Pompeius semel atq; iterum dicit. in procinctu, & rursus, procincta classis. Succinctos appellat Ouidius in lib. 5. Fastorum. Lupercos, Semicaper coloris succinctis Faune Lupercis. Erant enim quibusdam *περικνηματίς* pelliceis incincti, uel cinctutos agiles, & ad pugnam paratos, quales fuere Luperci. Virgilius, discinctos mulciber Afros pro imbellibus. Et Ouidius: Institor ad dominam ueniet discinctus emacē. Discinctum esse disciplina militari indignum uidebatur. Tacit. in 11. Feruntq; militem qui extra uallum non accinctus atq; alium, quia pugione tantum accinctus foret morte puni- tos. Nam & ignominiae causa olim milites discincti opus facere cogebantur. Plutarch. in Lucullo. Hesiodus tamen discinctos promptiores adpellat in Ergis *γέροντες ἄλωτοι* &c. <sup>e</sup> ¶ Hinc pater Astrigero &c.) Interpres Latinus Germ. Caesaris ( quem quidam Bassum esse, & in Sicilia repertum aiunt ) citat Pherecyden quendam, qui Hyadas Bacchi nutrices & Donidas adpellatas fuisse tradit. Interpres Homeri in librum Iliad. σ, sic scribit: *φθρεκύνδης δὲ κατὰ πτόρ εἶρηται τὰς υἱάδας δωδονί-*

Diodorus  
Siculus.  
Caieta di-  
cta unde.  
Lupercalia.

Interpres  
Homeri.



COMMENT. LVD. BRASS.

δας νύμφας φησὶν εἶναι καὶ Διονυσουζόφου ἄς παρακαταδέσσει τὸν Διόνυτον ἰνοῖ ὄξ' τὸν τῆς ἥρας φόβον. Idem paulo superius: ζῆς ἐκ τῶ μηρῶ γεννηθέντα Διονύσον ταῖς δωδονῖσι νύμφαις (φέφην, ἰδωκεν, αμυροσία, κορωνίδι θύδωρη διώνη, αἰσούλη πολυξοῖ, αὐταὶ θρέψασαί τὸν Διόνυτον, ὡς εἶπεσαν σὺ αὐτῷ τῆ δύρε δεῖσθαι ἄματελον ἔσθ' ἢ δεῖ τοῖς ἀνθρώποις χειρίζομεναι. λυκούργος δὲ μέχρι τῆς θαλάσσης σιωεδιώξε τὸν Διόνυσον ἐκείνας δὲ ἐλεήσας ὁ ξῆδος κατησέρησεν, ἢ ἰσοεῖα πρὸς φδρεκύδη &c. Dein de cum de Pleiadibus loquitur Arati uerſi interp. Septem (inquit) sorores fuisse Lycurgi filias ex Naxo insula, & pro eo quòd liberum educauerunt à Ioue inter sydera relatas esse. Arati interpres Græcus Theon uetustissimus uidetur hæc in eandē fabulā includere, ubi enim mētio fit de Hyadibus, sic ait: ἢ δὲ πεσωνομία βῆσι, ὅτι τὸν Διόνυσον ἀνεθρέψαντο, ὕης δὲ ὁ Διόνυτος. citat etiam Euphorionem Poetam, qui Dionysum ὕλω adpellat. Sunt autē hæc teste Hesiodo ἐν ἄσσηκῆ βίβλω, uel in Astrea, ut citat Politianus libro primo epistolarum.

Arati interpres.

Euphorion Poeta.

νύμφαι χερσὶν ὁμοῖαι  
 φαισούλη ἢ δὲ κυρῶνις δὲ σεφανός τε κλίμα  
 φαιώθ' ἰμδρόεσσα καὶ θύδωρη τανύπεπλῶ  
 ἄς ὑάδας καλῆσιν ἕδι χροῖ φῦλ' ἀνθρώπων.

Plinius lib. 18. ca. 25. Nam huius quoque nomine extat Astrologia de Hesiod. loquens. De Hyadibus Gellius lib. 13. ca. 9. quo in loco eos ἀπὸ τῶ ὕεν dictas ait. Græci Grammatici uero Hyadas, quod ad instar ὕ uocalis constituentur, adpellatas esse testantur. Plinius lib. 18. cap. 26. Restat ut de Pleiadibus pauca subscribam. Eodem enim authorum confusione pertinere uidentur. Pleiades, inquit Theon, natae sunt Athiantæ & Pleione Oceani filia, quas integro quinquennio Orion Dianæ comites persecutus corrumpere cupiebat, itaque τοῖς θεοῖς θύξάμηναι πρὸς πελειάδας ἠμείψθησαν, quare Iupiter misericordia motus, ipsas ἐν τῷ ἔρανω κατησέρησεν. Subdit etiam ex Atlante natas esse Hyadas, & filium Hyantem. Ouidius libro 5. Fastorum,

De Pleiadibus.

Ouidius

Ora micant tauri septem radiantia flammis,  
 Nauita quas Hyadas graius ab imbre uocat,

Pars



IN NVT. POLIT.

Pars Bacchum nutrisse putat, pars credidit esse  
Tethyos has neptes Oceanicę senis. &c.

Hyades enim Athlantis & Aethrę filię Oceani filię Pleiades  
Athlantis & Pleiones. Theon uero Hyantem à serpente occi-  
sum ait. Ouid. uero: Ipse fuit Libycę præda cruenta Leæ. Ae-  
schylus teste interp. Homericō eas ob patris infortunia moeren-  
tes ab Ioue in cœlum sublatas esse arbitratur, Theon & Ouidia-  
us ob sublatum fratrem Hyantem. Sunt autem Pleiades septem  
numero, teste Arato in Phœnomenis.

Pleiades  
sunt septē.

Αλκυόνη μέροπι τε καλαινωτ' ἠλέκρητε

Aratus.

καὶ σερόπι καὶ τυγέτι καὶ πότνια μοῖα.

Theocriti interpres in 17. Idyll. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν πλειάδων  
εἰσὶ πῶτα, κοκκυμῶ, γλαυκία, πρῶπις, πρῶνία, μοῖα, σουχία, λαμπά-  
δω. Ouidius libro 4. Fastorum: Quæ septem dici sex tamen esse  
solent. Et deinde rationē reddit. Multa Homeri interpres in Ili.  
libro Σ. & Hesiodi in ἡμέραις, noster Higinius & Arati tam  
Latinus quàm Græcus commentarius, quæ de Pleiadibus fe-  
runtur, solent etiã μυθολογικῶς exponi. Ita Arati interpres  
Athlantem ait orizontem esse uel finitorem, Pleionem Oceanū,  
ex quo Pleiades, Hyades, & alia astra emergāt, ac oriantur. Ali-  
ter Vitruuius libro architect. 6. cap. 10. De numero Hyadum  
multæ sunt multorum opiniones, præcipue Theonis, Ouidius  
etiam lib. 6. Fastorum, Thyenen adducit.

Theocriti  
interpres.

Hesiodi in  
terpres

Arati Latī-  
nus et Græ-  
cus cōmen-  
tarius.

Numerus  
Hyadum.

Qua tu Dodoni Thyenæ

Stabis Agenoreæ fronte uidenda bouis.

Quod uero Dodonidas appellat Bachi nutrices, possunt eti-  
am ad Pleiades referri. Sunt enim dictæ Pleiades ἀπὸ τῆς πλειά-  
δας γένεσθαι φθγγύρας τὸν ὠείωνα. Theocritus ἄμος δ' αἰτέλωντι πε-  
λειάδες. De Dodoneis uero columbis. Herodotus in secūdo. Et  
Pausanias in Phocica, ut infra de oraculis dicem⁹. Solet aūt hæc  
fabula etiã δημορικῶς efferrī. Athenæus lib. Deipnosophιστων  
εα. scribit: Διόπδρ ὀνομαθῆναι τὰς πηγὰς νύμφας καὶ πλῆθιναι τῆς Διονύ-  
σου ὅτι τὸν οἶνον αἰξάνει τὸ ὕδωρ κερνάμενον. Fertur enim Athenis qd  
dam fuisse festum, quo mustum aqua diluebant in honorem  
Bachi

Pleiades di-  
ctæ cur.



COMMENT. LVD. BRASS.

Bachi. Simile quiddam habet Meleagri Epigramma.

Meleagri  
Epigram.

αἰ νύμφαι τὸν βάνχον ὅτ' ἐκ πυρῶ ἦλαθ' ὁ κῦρῶ.  
νίψαν ἔσθ' ἔφερες ἄρ' π' κυλιόμενον  
τὸ ὤκεια σὺν νύμφαις βρόμῳ φίλος ἕν' ἴν' εἰργης  
μίσγεσθαι δέξῃ πῦρ ἔτοι καιόμενον;

¶ Agenoreo tauro) Qui Europam Agenoris filiam uexit,  
alijs Pasiphaes hunc taurum fuisse putant, & ideo dici ἡμίτομον,  
id est, non habentem posteriores pedes. Quidam etiam Mara-  
thonium, qui à Theseo prostratus fuit. ¶ Hinc iubar oleniū)  
Ouidius lib. 5. Fastorum; Nascitur oleniæ sydus pluuiiale capel-  
lam, & deinde totam fabulam copiosissime profequitur. Hesio-  
dus in Theogonia de nutrice Iouis nullam facit mentionem.

Callima-  
chus.

Callimachus tamen in hymno ad Iouem:

σὺ δ' ἐθήσαο πίννα μαζόν, αἰγὸς ἀμαλθείας.

Aratus etiam in suis Phœnomenis.

Aratus.

αἶξ ἰδρὴ πῦρ μὲν τε λόγος δι' μαζόν ἐπιχθίν  
ὦ λενίω δὲ μιν αἶγα διὸς καλέσθ' ἔσθ' ἦται.

Strabo.

Quo in loco interpres ait: αἶγα mulierem quandam fuisse  
quæ Iouem nutrierit, post cuius mortem Iupiter δ' δέρμα indue-  
rit cōtra Titanas pugnās, unde à Poetis αἶγῶ & αἰγίοχος appel-  
latur. Capram uero & hœdorum constellatio est in Erichteo seu  
auriga. Capra enim in humero, hœdi uero in brachio collocati  
sunt. Quod uero olenium uocat, Strabo superiores Arati uersus  
enarrans ostendit libro 8. αἰγίον δὲ ἱκανῶς οἰκεῖται ἰσορροπὴ δὲ αἰταῦ  
δα ἢ τὸν δια' ἔσθ' αἰγὸς φραφῆναι, unde Hesiodus in Theognia αἰ-  
γαίω αἰ ὄρ'φ. Subdit Strabo in eodem loco de Arato loquens, Δι-  
χρῶν τὸν τόπον διὸτι πλῆσιον ὦ λένη. Arati interpres ait ideo dici ο-  
leniam, uel quòd ἔσθ' τῆς ὦ λενῆς τῆς ἡνιόχου locata sit, uel quòd

Olonia di-  
ctā.

Oleni filia sit, uide Stephanum de urbibus, & interp. Catalo. Ho-  
merici. Solet uero hoc sydus suo ortu tempestatem excitare, ita  
Aratus & Horatius. Impetus aut orientis hœdi. Virgil. pluui-  
a libus hœdis. ¶ Crætea in Ida) Callimachus hoc falsum esse  
testatur, scribit enim eum in Arcadicis montibus educatum. Ast



Ast<sup>a</sup> ego, cui sacrum pleno dedit ubere<sup>b</sup> nectar,  
 Non olidi<sup>c</sup> coniunx hirci, non<sup>d</sup> raua sub antris  
 Belua, non petulans Nymphæ, non barbara mater,  
 Sed<sup>e</sup> dea Pieridum consors, & conscia magnæ  
 Pallados, humanas augusta poetica mentes,  
 Siderei rapiens secum in penetralia coeli.  
 Quas rogo, quas referam grates, quæ præmia tantæ  
 Altrici soluisse queam, nec fulminis auctor,  
 Nec Thyrsi, sceptricæ potens, quo nam improba ducis  
 Mens auidum? quo me pietas temeraria cogis  
 Attonitum? qui nam hic animo trepidante tumultus?  
 Fallor? an ipsa aptum dominæ præcordia munus  
 Parturiunt ultro, uocemq; & uerba canoro  
 Concipiunt sensim numero, inlibataq; fundunt  
 Carmina, nunquam ullis Parcarum obnoxia pensis.  
 Sic eat. En agedum qua se furor incitat ardens,  
 Qua mens, qua pietas, qua ducunt uota sequamur.  
 Intulerat<sup>f</sup> terris nuper, mundoq; recenti  
 Cura Dei sanctum hoc animal, quod in æthera ferret  
 Sublimeis oculos, quod mentis acumine totum  
 Naturæ lustraret opus, causasq; latenteis  
 Eliceret rerum & summum dependeret æui  
 Artificem, nutu terras, maria, astra regentem,  
 Quod fretum ratione animi substerneret uni  
 Cuncta sibi, ac uindex pecudum, domitorq; ferarum  
 Possset ab ignauo senium defendere mundo.  
 Neu lento squallere situ sua regna, neq; ægram

C

Segnia:



COMMENT. LVD. BRASS.

Segnicia pateretur iners languescere uitam,  
 Sed longum tamen obscuris immersa tenebris  
 Gens rudis, atq; inculta uirum, sine more, sine ulla  
 Lege propagabant æuum, passimq; ferino  
 Degebant homines ritu, <sup>b</sup>uisq; insita cordi  
 Mole obsessa graui, nondum ullos prompserat usus,  
 Nil animo duris agitabant cuncta lacertis.  
 Nondum <sup>a</sup>relligio miseris (si credere fas est)  
 Non pietas, non officium, nec foedera discors  
 Norat amicitiae uulgus, discernere nulli  
 Promptum erat ambiguo susceptam semine prolem.  
 Non thorus inferni genio, non crimina plecti  
 Iudicio, nulla in medium consulta referri.  
 Non quæri commune bonum, sua commoda quisq;  
 Metiri, sibi quicq; ualere, & uiuere sueti.  
 Et nunc ceu prorsus morientem uespere sero.  
 Ignari fleuere diem, nunc luce renata  
 Gaudebant ceu sole alio, uariosq; recursus  
 Astrorum, uariam Phœben, sublustris in umbra  
 Noctis, & alternas in se redeuntibus annis  
 Attoniti stupuere uices, insignia longum  
 Spectabant coeli, pulchroq; alumine mundi  
 Pendebant causarum inopes, rationis egentes.

<sup>a</sup> ¶ Ast ego ) *ἀστέρων*, ut est illud Virgilij: Ast ego &c.

<sup>b</sup> ¶ Sacrum nectar ) De poetica loquitur. <sup>c</sup> ¶ Non olidi coniunx  
 hirci) Vt illud olentis uxores mariti uel olidum certauit ob hirci

*Rauus color cum.* <sup>d</sup> ¶ Non raua ) Rauus est color obtusus, quale in lupis  
 plerumq;



plerumque cernimus. Nonius Marcellus Fuluum adpellat. Cicero libro 4. Academicarum. Quia nobismetipsis tum caeruleum, tum raurum uidetur. Horat. lib. 3. Odarum: Raura decurrens lupapa. Acron exponit: Subnigra est enim color niger fuluo commixtus, multi de oculis intelligunt. Sunt enim leonum & luporum oculi rauri, quos Graeci χαροπώνες ὀφθαλμοὶ uocant. ¶ Sed (Poeticæ periphraſis. ¶ Intulerat terris) A capite arceſcere incipit ipſam poeticam, reliqua ſunt paſſim omnibus obuia. ¶ Viſque inſita cordi) Inchoatas intelligentias intelligit, quas Graeci περιλήψεις uel εἰνοίαι, noſtri notiones uel informationes adpellant. ¶ Nondum religio) Describit qui rerum ſtatus fuerit ante inuentam poeticam. Lucret. libro. 1.

Leonum et  
luporum  
raui oculi.

Humana ante oculos foede cum uita iaceret  
In terris, oppreſſa graui ſub religione,  
Quæ caput à cœli regionibus ostendebat,  
Horribili ſuper aſpectu mortalibus inſtans, &c.

Donec ab ætherio genitor perteſus Olympo  
Socordes animos, longo marcentia ſomno  
Pectora, te noſtræ diuina poetica menti  
Aurigam, dominamque dedit, tu<sup>2</sup> flectere habenis  
Colla reluctantum, tu<sup>1</sup> lentis addere calcar,  
Tu<sup>1</sup> formare rudes, tu prima extundere duro  
Abſtruſam cordi ſcintillam, prima fouere  
Auſa Prometheæ cœleſtia ſemina flammæ.  
Nam<sup>d</sup> ſimul ac pulchro moderatrix unica rerum  
Suffulta eloquio dulcem ſapientia cantum  
Protulit, & refugas tantum ſonus attigit aures,  
Concurrere ferum uulguſ, numeroſque, modoſque  
Vocis & arcanas mirati in carmine leges  
Denſi<sup>x</sup> humeris, arreſti animis immota tenebant



COMMENT. LVD. BRASS.

Ora cateruatim, donec didicere, quid usus  
 Discrepet à recto, qui fons, aut limes honesti,  
 Quiue<sup>f</sup> fide cultus, quid ius æquabile, quid<sup>s</sup> mos,  
 Quid poscat decor, & ratio, quæ<sup>h</sup> commoda uitæ  
 Concilient inter se homines, quæ foedera rebus,  
 Quantum inconsultas ultra solertia uires  
 Emineat, quæ<sup>i</sup> dein pietas præstanda parenti,  
 Aut patriæ, quantum iuncti sibi sanguinis ordo  
 Vindicet, alternum quæ copula seruet amorem,  
 Quod gerat imperium fractura Cupidinis arcus,  
 Atq; iras domitura truces, uis prouida ueri,  
 Vis animæ, celsa quæ sic speculatur ab arce,  
 Ut uel in Astrigeri semet præcordia mundi  
 Insinuet, magniq; irrumpat claustra tonantis,  
 Agnorant se quisq; feri, pudibundaq; longum  
 Ora, oculos, taciti inter se, immoti<sup>q</sup> tenebant.  
 Mox cunctos pariter morum, uitæq; prioris  
 Pertesum, ritusq; ausi damnare ferarum,  
 Protinus exseruere hominem, tum barbara primum  
 Lingua novos subijt cultus, arcanaq; senfa  
 Mandauere notis, multa<sup>q</sup> tuenda uirum ui  
 Mœnia succinctus populis descripsit arator.  
 Tum licitum, uetitumq; inter discrimina ferre  
 Et precium laudi, & noxæ meditancia pœnam  
 Vindicibus coeptum tabulis incidere iura.  
 Mox & dictus Hymen, & desultoria certis  
 Legibus est adstricta Venus, sic pignora quisq;

Affes



IN NVT. POLIT.

Affectusq; habuere suos, belliq; togæq;  
 Innumeras commenti artes, etiam æthera curis  
 Substrauere auidis, etiam famulantibus altum  
 Inseruere apicem stellis, animoq; rotatos  
 Percurrere globos mundi, & sacra templa per orbem  
 Plurima lustrato posuerunt deniq; cælo.  
 Sic species terris, uitæ sua forma, suusq;  
 Dis honor, ipsa sibi tandem sic reddita mens est.  
 An uerò ille ferox, ille implacatus, & audax  
 Viribus, ille graui prosternens cuncta lacerto  
 Trux uitæ, præceps animæ submitteret æquo  
 Colla iugo, aut duris pareret sponte lupatis,  
 Ni prius indocilem sensum facundia uitrix  
 Vimq; reluctantem irarum, flatusq; rebelles  
 Carmine mollisset blando, pronisq; sequentem  
 Auribusq;, ad pulchri speciem duxisset honesti,  
 Quippe etiam stantes, dulci leo carmine captus  
 Submittit ceruice iubas, roseamq; dracones  
 Erecti tendunt crystam, & sua sibila ponunt.  
 Ille quoq; umbrarum custos, ille horror auerni  
 Cerberus, audita Getici testudine uatis,  
 Latratum posuit triplicem, tria sustulit hiscens  
 Ora, nouo stupidus cantu, qui flexerat atram  
 Tisiphonen, sæuo lachrymas conciuerat Orco.  
 Ipsum fama Iouem, cum iam Cyclopea magna  
 Tela manu quatit insurgens, tonitruq; coruscat  
 Horrisono, & cæcis miscet caua nubila flammis,



Vt tamen increpuit nervis, & pectine pulcher  
 Delius, alternumq; pia cecinere sorores,  
 Placari, totumq; sua diffundere mundum  
 Læticia, & subito cœlum instaurare sereno.

Sapientia  
 subiecta eloquentiæ.  
 Maximus Tyrius.  
 Poetia uetus Philo-  
 sop. & theologia.

Poete ex ciuitatibus exterminandi.

¶ Tu flectere habenis) Vim ac energiam Poetices describit. ¶ Nam simul ac pulchro) Subiectam olim fuisse eloquentiæ sapientiam testatur Cicero & Quint. & per hoc ostendit poeticam ueterem fuisse tum Theologiam tum Philosophiam. Ita eleganter Maximus Tyrius philosophus Platonicus: καὶ γὰρ ποιητικὴ τὴ δῆλο ἢ φιλοσοφία τῶ μὲν χρόνῳ παλαιά, τῆ δὲ ἀρμονία ἔμμετρα, τῆ δὲ γνώμη μυθολογικὴ, καὶ φιλοσοφία τὴ δῆλο ἢ ποιητικὴ τῶ μὲν χρόνῳ νεότερα τῆ δὲ γνώμη σαφέστερα. δύο τοίνυν πραγμάτων χρόνῳ μόνον, καὶ ἀήματι δὴμίλοις διαφόρομένων πῶς αὖ τις διατήρησις διαφοράρ. ¶ Densi humeris) Horatius in Odis: Densum humeris stupet aure uulgus. ¶ Tu lentis addere calcar) Socrates ideo in decimo, de Repub. Poetas è ciuitate exterminandos censet, quod concitatis affectibus utantur. ¶ Tu formare rudes) Horatius.

Os tenerum pueri balbumq; poeta figurat,  
 Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem,  
 Mox etiam pectus præceptis format amicis &c.

¶ Donec didicere) Usus pro utili, ita dicim9: Ex usu meo, mihi usui est. ¶ Fide cultus) ποιησιδῶσ pro fidei cultus. Virgilius: Munera læticiamq; dij. ¶ Ius æquabile) τὸ ἐπιδικῶσ. ¶ Quæ cōmoda) κοινωνίαν πολιτικῶν, de qua Aristotel. in Polit. Cicero in 1. de legibus & elegantiss. in ultimo: πρὸς πελάγον ex persona Pisonis academici. ¶ Quid mos) Plato libro 7. de legibus adpellat. Cōsuetudines tum ἀρχαία νόμιμα tum ἔθνη, & ἐπιτηδύματα, quasi mores & instituta. Omne enim ius aut scriptum est aut non scriptū, quorū alterum ab Atheniensibus, alterū à Lacedæmonijs defluxit. Macrobius libro 7. Saturnal. Varro, inquit, morem esse dicit, in iudicio animi quem sequi debeat consue-

Ius scriptū  
 uel non.



consuetudo. Festus ff. de rer. & uerb. signif. ait esse morem patrium institutum, pertinens ad religiones & ceremonias, ergo erit iuris publici. <sup>1</sup> ¶ Quæ dein pietas) Et sequen. pertinet ad typum Orphei, Horatius in arte.

Festus iure consult.

Syluestres homines sacer interpretescq; deorum  
Cedibus & uictu foedo deterruit Orpheus  
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidoscq; leones.

Horatius.

<sup>2</sup> ¶ Multa q; tuenda uirum ui Moenia &c.) Horatius.

Fuit hæc sapientia quondam,  
Publica priuatis secernere sacra prophanis,  
Concubitu prohibere uago, dare iura maritis,  
Oppida moliri, leges incidere ligno.

Horatius.

<sup>1</sup> ¶ Succinctus arator) Olim aratrum in tam cōdendis q; euertendis ciuitatibus circumduci, solitum ostendit Virgilius & Horatius. Interea Aeneas urbem designat aratro, & hoc ad ædificationem. Horatius Odarum libro 1. Imprimeretq; muris Hostile aratrum exercitus insolens, & hoc ad euerisionem pertinet.

Aratrum.

Hinc Varro lib. 4. de ling. lat. ab urbo quod curuū aratri significat, urbes deduci existimat. <sup>2</sup> ¶ Venus desultoria) Ab eqs desultorijs metaphora, qui Polluci lib. 1. ἀμειψωνι dicuntur, loquitur de inconstantia & leuitate coniugum. Picus Mirandula: Homo, inquit, uarie multiformis, ac desultoriæ naturæ animal. familiaris hæc est metaphora Martiano Capellæ, ac Apuleio: Quæ sequuntur sunt ualde obuia. <sup>3</sup> ¶ Ipsum fama Iouem)

Venus de sultoria.

Martianus Capella.

Hesiodus in Theognia.

Hesiodus Theognia.

γελᾶ δὲ πὲρ δώματα πατρῶς,  
ζῆλὸς ὄριγδούρωιο θεᾶν ὅπι λειοέσση,  
σκιδναμένη, ἠχεῖ δὲ κάρη νιφόεντος ὀλύμπου  
δώματ' ἀθανάτων &c.

<sup>4</sup> Nunc age, qui tanto sacer hic furor incitet œstro  
Corda uirum, quam multiples ferat Enthea partus,  
Mens alto cognata polo, qui præmia<sup>b</sup> doctæ

Frontis



Frontis Apollineas ausi sibi nectere lauros,  
 Inclyta perpetuis mandarunt nomina seclis,  
 Expediam, faueat pulchro nunc musa labori.  
 Musa<sup>c</sup> quies hominum, diuum<sup>c</sup>q; æterna uoluptas.  
 Iuppiter (ut perhibent) liquidi per & ignea mundi  
 Templata, per & stellis radiantibus æthera fixum,  
 Aurarum<sup>c</sup>q; animas, sola<sup>d</sup> terræ, & cærulea ponti  
 Dissitus, errantes citharæ uice temperat orbis,  
 Ac rapidum imparibus cursum rotat interuallis.  
 Quem rata pars tamen, & certum confine diremit,  
 Hinc<sup>e</sup> nostro maior captu sonus exit, acutas  
 Compensans grauibus septem in discrimina uoces,  
 Stellantes<sup>c</sup>q; globos, sua quæq; innoxia Siren  
 Possidet, ambrosio mulcens pia numina cantu,  
 Nec<sup>h</sup> tamen in nullis hominum simulachra refulgent  
 Mentibus arcanam cœli testantia musam,  
 Permixture<sup>c</sup>q; Iouem, nam ceu tralucet imago  
 Sideris in speculum, ceu puro condita uitro  
 Solis inardescit radio uis limpida fontis:

<sup>a</sup> ¶ Nunc age &c.) Rationes enthufiasmi, & in eo qui cele-  
 bres poetæ euaserunt declarare aggreditur. <sup>b</sup> ¶ Præmia do-  
 ctæ frontis) Horat. Me doctorum edere præmia frontium.  
<sup>c</sup> ¶ Musa quies) Lucretius in 6. sic: Calliope requies hominum  
 diuum<sup>c</sup>q; uoluptas. <sup>d</sup> ¶ Sola terræ) Varro sola terræ quod ea  
 sola teri possunt. Cicero semel atq; iterū utitur in exclamationi-  
 bus. Πόλλυξ ἦς πέδιον. Festus Pompeius, Lucret. lib. 11. Nā mul-  
 ratio musi tis succensa locis ardent sola terræ. Catull. etiam recente terræ  
 ca. sola sanguine maculās, sequitur auratūq; animæ, quod & ipsum  
 Lucretia



Lucretianum est. ¶ Iuppiter ut perhibent) Afferit exemplū  
 de planetarum ratione musica, quam Plato libro πολιτεῶν 1.  
 Cicero & Macrobius de somnio Scip. Plinius libro 2. cap. 22.  
 Censorinus de die natali, Beda in libro de Temp. ac Boetius  
 in Musica exactissime expendunt. efficiuntur enim ex Planeta  
 rum diastematis, septem toni, qui ἑξῆς πασῶν dicuntur, Harmo  
 nia, quasi dicas concentuum uniuersitas. Pythagoras hoc nō  
 solum Musica uerumetiam Arithmetica ratiōe sagacissime pri  
 mus inuenit, admonitus à malleorū ictibus, qui discordem quan  
 dam symphoniam efficiunt. ¶ Hinc nostro maior) Hæc  
 symphonia ex imparibus interuallis collecta, ab hominibus nō  
 potest percipi propter uocis magnitudinē, ut Censorinus scri  
 bit. Aurium enim nostrarum angustia non caperent. Et ideo  
 Cicero Africanum iam uita defunctum ita loquentem inducit. Cicero de  
 somno Sci  
 pionis.  
 Quis hic, inquam, quis est qui complet aures meas tantus & tā  
 dulcis sonus? hic est, inquit, ille, qui interuallis coniunctis im  
 paribus, sed tamē pro rata portione distinctis & impulsu & mo  
 tu ipsorum orbū efficitur &c. ¶ Stellantesq; globos) Macro  
 bius libro 11. de somnio. hinc Plato in Repub. sua cum de sphæ  
 rarum cœlestium uolubilitate tractaret, singulas ait Sirenas  
 singulis orbibus insidere, significans Sphærarum motu cantum  
 numinibus exhiberi, nam Siren deo canens Græco intellectu  
 ualet. ¶ Hinc politi: Ambrosio mulcens pia numina sensu)  
 Vetēres theologi his orbibus etiam Musas dicauere, desumpta  
 ex Hesiodi Theognia occasione. Cæterum Græcis σειρήνες  
 Græcus.  
 sunt αἱ τῆς ψυχῆς ὀργανοὶ ἢ μουσικαὶ δυνάμεις. ita testatur Suidas,  
 unde Politianus noster merito subdit. ¶ Nec tamē in nullis)  
 Si enim ingens illa mundi machina musicis quibusdam rationi  
 bus mouetur, par est hominē qui μὲν ὁ κόσμος dicitur, ad eius  
 dem instar moueri ac affici. De Sirenibus autē suo loco plura  
 dicemus. ¶ Nam ceu tralucet) Hanc similitudinem passim  
 adducunt Theologi de spiritu sancto sanctissimæ uirginī Ma  
 riæ dato. Ita etiam eleganter Actius Syncerus lib. 2.  
 Actius Syn  
 cerus.  
 Haud aliter quā cum purum specularia solem

D Admit



COMMENT. LVD. BRASS.

Admittunt, lux ipsa quidem pertransit & omnes  
Irrumpens laxat tenebras, &c.

Sic nitidos uatum defecatosq; sonori  
Informant, flammantq; animos modulamina coeli,  
Is<sup>b</sup> rapit euantem feruor, fluctuq; furoris  
Mens prior it pessum, tum clausus inæstuat alto  
Corde Deus: toto lymphatos pectore sensus  
Exstimulans, sociumq; hominem indignatus, ad imas  
Cunctantem absterret latebras, uacua ipse potitus  
Sede, per obsessos semet tandem egerit artus.  
Inq; suos humana ciet præcordia cantus.  
Non illos Cygnæa Mele, non Dædala chordis  
Apta fides, non quæ duplici geniale resultant  
Naula citata manu, non uincat dulcior ille  
Flatus inæquales digitis pulsantibus implens  
Compresso de folla tubas, pius æmula contra  
Iubila cui referunt chorus, alternisq; laccessunt.  
Agnoscas propere numen, suspirat anhelos  
Grandior ore sonus, quantusq; impleuerit antrum  
Phœbados, aut rupem Euboicam, nec martius illum  
Terrificum clangens rauici canor æris obumbret.  
Nec tonitrus Iouis, aut petulantibus incita flabris  
Ossæo pineta iugo, Niliûe ruentis  
Exsurdans uicina fragor, mirantur & ipsi  
Sæpe (quis hoc credat?) quæ nuper cunctis recepto  
Numine, legitimi cecinere oracula uates,  
Caligatq; animus uisis, nec uindice lingua

Defens



Defendunt sua dicta sibi, postquam ille quicquid  
 Spiritus, & pressi tacuit sacer impetus oris.  
 Ipsa quoque Niliacis longum mandata papyris  
 Carmina Phœbeos uideas afflare furores,  
 Et coeli spirare fidem, quin sancta legentem  
 Concutiunt parili turbam contagia motu,  
 De quo alijs alios, idem profeminat ardor  
 Pectoris instinctu uates, ceu ferreus olim  
 Anulus arcana, quem uis Magnesia cautes  
 Sustulerit, longam nexu pendente catenam  
 Implicat, & cæcis inter se conserit hamis.

<sup>a</sup> Sic nitidos uatum ) Debent poetarum animi à curis esse  
 uacui. Inde illud, Carmina scribuntur animo deducta sereno.

<sup>b</sup> Is rapit euantem feruor ) Enthusiasmum describit. Multa  
 Cicero de diuinat. & Plutarchus in libro: ποῦ δὲ ἐμελεῖ ποῦ τῶν χρη-  
 σιμῶν. <sup>c</sup> Non illos Cygnæa Mele) Lucretianum. <sup>d</sup> Nō

quæ duplici geniale nabra.) Atheneus libro 4. διφροσophιστῶν  
 dicit esse Phœnicum inuentum. Naula uidetur esse Hebraica  
 dictio à neuel deducta, sicut paradisus à parden, quod Hebrai-  
 ce hortum significat, Græci in fœminino utuntur ναῦλα uel ναῦ-  
 λα, sicut αἰχμαῖα πῆς αἰχμαῖας, & Q. Curtius in fœminino posu-  
 it libro 7. Cū post aulæam quæ lectos obduceret, staret rex. Nos  
 in neutro aulæa. Philemon apud Pollucem lib. 4. ἡ ναῦλαί πιναι. &  
 Sopater apud Athenæum. Ouidius.

Naula He-  
 braica dis-  
 ctio.

Disce etiam duplici genialia uertere palma  
 Naulia.

Ouidius.

Suidas Psalterium esse arbitratur, & Hieronymus in præfa-  
 tione in Psalterium. Iosephus autem libro 7. cap. 12. Nabra ue-  
 ro duodecim sonos habens digitis percutitur, nos germani  
 Harpffen adpellamus. <sup>e</sup> Non uincat dulcior ille flatus] Ele-

D 2 gans



*Organi & chori uisus situdo.* gans organi hypotyposis. Intelligit autem hic consuetas in templis, & alternas organi ac chori uicissitudines, recens est inuentum similitudine à Syringe deducta. Extat Politiani in organum elegans Græcum epigramma libro 5. Epistolarum.

*Virgilius.* ¶ Quantusq; impleuerit antrum Phœbados] Virgilius in sexto Sibyllæ enthusiasmum ita describit:

At Phœbi nondum patiens immanis in antro

Bacchatur uates. &c.

Et in 3.

Insanam uatem aspicias, quæ rupe sub ima

Fata canit.

*Lycophron* A Phœbo autem dicuntur Phœbades Sibyllæ, uel ἀπὸ τῆς φωνῆς βαλζῆν, quod est infaniendo quasi uaticinari. Ita Lycoph. Alexandram suam inducit, ἀφρηφασῶν φοιβάζει ἐκ λαιμῶν ὄπα.

¶ Nec martius illum] Classicum intelligit. ¶ Rauci æris]

*Tuba inuenta.* Virgilius: Aere ciere uiros. Horatius: Tibia non ut nunc Ovis halco uincta tubæq; æmula. Iulius Pollux libro 4. scribit tubam esse Tyrrhenorum inuentum, tam rectam quàm tortilem, componiq; tam ex ære quàm ferro, excepto quod lingua ex ossibus fiat.

*Tubæ officium.* Tubæ autera diuersus est usus ac dissimile officium, aut enim ad concitandum, quod ἰσορρηστικὸν Græce, Latine uero classicum adpellatur. Utimur autem ad receptui canendum, quod αἰακλητικὸν dicitur, ut hoc loco σάλπιγγον ταχέως αἰακλητικὸν, aut ad pompas ac sacrificia, quod πομπικὸν καὶ ἰδρυρικὸν uocatur, ut etiam testatur Liuius. Quæ uero tubæ uis sit, idem Pollux exemplo Herodori cuiusdam Megarenis testatur.

*Que tubæ sit uis.* ¶ Aut rupem Euboicam] De antro Cumano intelligit. Eubœæ enim insula, Chalcis est ciuitas, de qua uenerunt, qui in Campania Cumas coloniam deduxerunt. Strabo & Seruius in sextum Virgilij.

¶ Nec tonitrus Iouis] Pro tonitru, Plaut. in Amphitruon.

¶ Aut petulantibus incita flabris] Facile. ¶ Niluë ruentis] τὰ κατὰ δρυπα uel Nili cataractas intelligit. Cicero de somnio Scipio. Vbi Nilus ad illa quæ catadupa nominat, præcipit ex altissimis montibus: ea gens quæ illum locum accolit propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. Plinius in 6.

*Nilus.* Petronis



Petronium Augusti ducem eo loci peruenisse scribit. Est autem apud Stadisin, ubi Nilus præcipitans se fragore auditum accolis aufert. [Mirantur & ipsi sæpe, quis hoc credat] Affert rationem probabilem, quare poetæ spiritu diuino correpti uersus faciant, quos ipsi postmodum nec intelligunt, nec tueri possunt, Lucanus libro x. belli Ciuilis.

Lucanus.

Quis te tam lene fluentem  
Moturum totas uiolenti gurgitis iras,  
Nile putet? sed cum lapsus abrupta uiarum  
Excepere tuos, & præcipites cataractæ,  
Ac nusquam uetitis ulla obsistere cautes,  
Indignaris aquis, spuma tunc astra lacessis.  
Cuncta tremunt undis, ac multo murmure montis,  
Spumeus in uictis canescit fluctibus amnis  
Hinc, Abaton quam nostra uocat ueneranda uetustas,  
Terra potens, primos sentit perculsa tumultus.

[Ceu ferreus olim] Ut maiorem poeticæ energiam ac potestatem adducat, utitur similitudine Socratis ex Ione Platonis ex quo etiam superiora mutuatus est, ὡς περ ἐν τῇ λίθῳ ἢ δειπιδίῳ μὲν μαγνήτιν ὠνόμασεν οἱ δὲ πολλοὶ ἠρακλίαν, καὶ γὰρ αὐτῇ ἢ λίθος ἔμνον αὐτοῦς τῆς δακτυλίου ἄγει τῆς σιδηρῆς ἀλλὰ ἢ δειπιδίῳ ἐντίθησι τοῖς δακτυλίοις ὡς δειπιδίῳ τὸν ὄψο ποιεῖν ὅπερ ἢ λίθος, δειπιδίῳ ἄγει δακτυλίου ὡς ὀρμαδὸς μακρὸς πάνυ σιδηρῶν καὶ δακτυλίου ἢ δειπιδίῳ ἠρακλίαν. πάνσι δὲ τῆτοις ἢ ἐκείνης τῆς λίθου ἢ δειπιδίῳ ἀνερθηταὶ, ἔτι δὲ καὶ ἢ μούσα ἐν δειπιδίῳ μὲν ποιεῖ αὐτῇ, ὅσα δὲ τῶν ἐν δειπιδίῳ τῶν ἄλλων ἐν δειπιδίῳ ὄντων ὀρμαδὸς ἢ ἀρταῖα. ea sic Latine exprimi possunt: Sicut in lapide quem Magnetem Euripides nominauit, nonnulli Heracliam uocant, qui lapis non solum ferreos annulos trahit, sed uim etiam annulis ipsis infundit, qua hoc ipsum efficere possint, ac pinde ut lapis alios annulos trahere, unde plerumque longa concatenatio ferri & annulorum inuicem pædet, & omnibus his ex illo lapide uis attrahitur. Ita ipsa Musa poetas diuino instinctu concitat, poetæ conciti alios furore corripiunt. Hac similitudine etiã in Ambra utitur de Homero.

Poeticæ energiam.  
Plato in Ione.

D 3 Magnesia



Magnetis  
potestas.

¶ Magnesia cautes] Vt Marpesia cautes. Virgilius in sexto de Magnetis potestate, Orpheus in Lithiacis, Claudianus, & in primis Plinius.

¶ Inde sacros musarum amnes heliconia tempe  
Multifoni celebrant numeroso gutture cygni,  
Prima tamen dubias fuderunt carmina sortes:  
Quippe etiam ante Iouem sagis instincta resoluit  
Ora sonis Nereus, Nereus quem prisca marinum  
Dictat fama senem, tuq; o consulte Prometheu,  
Qui tenuem liquidis ignem furatus ab astris  
¶ Mirantem frustra Satyrum, captumq; decoro  
Lumine, ne flammæ daret oscula blanda monebas;  
¶ Mox quoq; Phocaico uerum mugiuu ab antro  
Alma Themis, qua rupe pares utrinq; uolatus  
¶ Armigeræ posuere Iouis, tum Iuppiter ipse  
Fatidico mouit cantu Dodonia quercum,  
¶ Præsciaq; in Libycis concussit cornua lucis,  
¶ Moxq; Lycaonias Pan carmine<sup>m</sup> terruit umbras  
¶ Carmen Apollinei tripodes, laurusq; locutæ,  
¶ Quæq; coronatum sonuere Philesia Branchum  
Pastorem Branchum, triduit cui gratus amorum  
Sortilegas uoces admissus ad oscula Pæan.  
Et sua per carmen ducibus responsa Latinis  
Noctiuagus cecinit calcato uellere Faunus.

Nereus.

¶ Inde sacros musarum amnes] Aggreditur poeticam à personis, quæ in ea claruere laudare, & in primis à uatibus, qui primo oracula *ἐμμεσὰ* ediderunt. Quippe etiam ante Iouem Nereus, Hesiodus in Theognia. ¶

Nugæ



IN NVT. POLIT.

Νηρία τ' ἀφιδέα, καὶ ἀλιδέα γείνατο πέντες  
 πρεσβύτετον ποίδων, αὐταῖρ καλεσσί γόροντα.  
 ἔνεκα νημορτῆς τε καὶ ἠπιθ, ἔδ' ἑμυσενῶν,  
 λίθεται, δμὰ δίκαια καὶ ἠπια διώεα οἶδεα.

Multa Phurnutus de natura Deorum, & Horatius lib. 1. O-  
 darum inducit Nereum Paridi uaticinantem, quam Odam e-  
 go ex Simonide uel alio lyrico translata arbitror, sicut illam  
 Nullam Vare sacra uite prius seueris arborem, in Græcis enim  
 quibusdam commentarijs hic extat Alcæi uersiculus: μηδέν ἄλλο  
 φυτεύσεις πρὸ τῶρον δένδρον ἀμπέλου. <sup>b</sup> [Tuq̄ cōsulte Prometh.]  
 Prometheus fuisse uatem uel ipsum nomen ostendit, Iouem em̄  
 à quo consultus fuerat, ne cū Thetide concumberet admonuit,  
 ut ex Luciano patet. Apollonij Rhodij interpres fabulam Pro-  
 methei μυθολογικῶς exponit. Agratam enim rerum Scythicarū  
 scriptorē ait memoriæ prodidisse, Promethei cor ideo ab aqui-  
 la consumi dictum fuisse, quòd suam regionem fluuius, cui aqui-  
 lae nomen erat, frequentibus inundationibus corrumpere. ἠπθ  
 enim idem est, quod ἔδαρ, cum uero Hercules quibusdam fossis,  
 fluuium auertisset, factum est, ut aquilā abegisse, ac Prometheū  
 liberasse diceretur. Asserunt etiam quidam Prometheum cum  
 incolis, necessaria ob Aquilæ fluuij inundationem præstare nō  
 posset, à Scythis (his enim præfuit) in uinculis tantisper adserua-  
 tum fuisse, donec Hercules fluuium in mare deduxisset. Alexan-  
 der uero Aphrodiseus commodiorem adducit Mythologian in Aphrodise  
 suis Problemat. Lucianus in dialogo πρὸς τὸν εἰπόντα. ἀθηναῖοι τῆς us.  
 χυφείας καὶ ἰπνο ποιδῆς καὶ πάντας ὅσοι πηλοῦργοι περμηδέας ἀπειγῆ  
 λουω. <sup>c</sup> [Mirantem frustra Satyrum] Plutarchus in libro de qui:  
 utilitate capienda ex inimicis: τῆ δὲ σατύρου, τὸ πῦρ ὡς πρῶτον ὠφ-  
 ρη, ἔδαρ μὲν ἐπιλήσει καὶ πρὸ βαλεῖν, ὁ περμηδὲς, φάρασ γέφυρον Satyrus.  
 ἔφα πενθῆσεις σύγ, καὶ τὸν ἀφάμενον. Satyro quidem cum ignis  
 primum apparuerat, uolenti osculari amplexaricq̄, Prometheus  
 dixit: Hircē mētum quidem dolebis, ignis enim contactus adu-  
 rit, uidetur ex Tragico quopiam translatum, <sup>d</sup> [Mox quo-  
 que Phocaico] Ouidius,

Oda Hora-  
 tij ex Sy-  
 mode uel  
 alio trasla-  
 ta.  
 Promethe-  
 us uates.

Alexander  
 Aphrodise

Satyris.

Separat



COMMENT. LVD. BRASS:

Ovidius.

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis. & rursus.  
Mons ubi uerticibus petit arduus astra duobus  
Nomine Parnasus. &  
Corycidas nymphas & nomina montis adorat,  
Fatidicamq; Themín, quæ tunc oracula tenebat.

Themidos uero oraculum fuit de reparatione humani gene-  
ris post diluuium Deucalioni & Pyrrhae datū, multa Hom. in  
terp. '¶ Qua rupe pares utrinq;] Claudianus in prologo Pa-  
neg. in Manlium Theodorum consulem.

Claudianus

Iuppiter ut perhibent spacium cum discere uellet  
Naturæ, regni nescius ipse sui,  
Armigeros utrinq; duos æqualibus alis  
Misit ab Eois occiduísq; plagis.

Parnassus geminos fertur iunxisse uolatus,  
Contulit alternas Pythius axis aues.

Aquila Iouis  
armigera  
v. 6.

Copiose Plutarchus in libro de defectu oraculorum à princi-  
pio de hac re scribit. '¶ Armigeræ posuere Iouis] Cur au-  
tem sint aquilæ Iouis armigeræ, uide Plinium libro 2. cap. 55.

'¶ Tum Iuppiter ipse] Virgil. habitæ Graiis oracula, Quer-  
cus, hoc infra de Dodoneis columbis exponetur. '¶ Præsciaq;  
in Libycis] De Ioue Ammone multa Strabo ac Herodotus, hoc  
oraculum Perseus & Alexand. magnus feruntur consuluisse.

De Ioue Ammone Plut. in libel. de Iside: ἐπι δὲ τῆν πολλῶν νομιζόν-  
των ἴδιον πρ' αἰγυπῆσις ὄνομα τῆ διὸς εἶναι τὸν ἀμοῦν ὃ πρᾶγόντες ἡμεῖς  
ἀμμονα λέγομεν μανηθῶς μὲν ὃ σεβενίτης δ' κεκρυμμένον οἶεται καὶ  
τῶ κρύψειν ἕκαστὸν ταυτῆς δηλῶσαι τῆσ φωνῆς. '¶ Carmen Apol-  
linei tripodes] τῶδε, inquit Aristophanes, λοξία ὃς θεσπιωδεῖ τε  
ποδὸς ἐκ χρυσηλάτῃ. Interpres ait: καλεῖται δὲ τ' μὲν θ' εἰ ᾧ καὶ δητ  
ὄλμος. Tribuunt autem Apollini tripodem propter tria tempo-  
ra, nouit enim τὰ, τ' ἔοντα τὰ τ' ἐσόμενα, πρὸ τ' ἔοντα. de tripodis ue-  
ro inuentione uide uitam Solonis in Plutarcho, & Valerium Ma-  
ximū. '¶ Laurusq; locuræ] Erant enim tripodes lauru co-  
ronati, ὃ φοῖβος ἔλακον ἐκ τῆν σεμμάτων, Aristophanes Pluto ua-  
tū etiā genus fuit, qui σαφνηφαῖτοι appellabantur. Inde Tibullus.  
Vera

Tripodis  
inuentio.



Vera cano, sic usq; sacras innoxia laurus

Vescar, & æternū sit mihi uirginitas. Et Iuue. in 7

Laurumq; momordit. Lycoph. δάφνη φάρον φοίβαζεν ἐν λαι

μῶν ὄπα. Callimachus οἶον ὁ τῶ πρόλλωνος ἐσεῖσατο δάφνην ὄρητιξ.

<sup>1</sup> ¶ Moxq; Lycaonias] Pausanias in Arcad. τὰ δὲ ὄρητιξ

νέλιον ἰδρὸν μάλισσα εἶναι πανὸς ὀνομαζέσθην, ὥστε οἱ πόδι αὐτὸ καὶ

ἐπακροῦσθαι σείζοντος τῆ πανὸς λεγούσθ. & rursus: λέγεται δὲ ὡς τὰ

ἐπι παλαιότερα καὶ μαντεύοιτο ὁ θεὸς προφῆτην δὲ δῶρα τῶ νύμφῳ αὐτῶ

χενέσθ τὰ πτω ἢ ἀρκάδι τῶ καλίστου σὺ ὠκισε. Statius in 3. Theba.

Et undosæ qui rusticus accola Pisæ.

Statius 3.

Pana Lycaonia nocturnum exaudit in umbra.

Thebaidis.

<sup>m</sup> ¶ Terruit] Alludit ad τὰ πανικὰ δειμάτα, id est, Panicos

terrores: multa de his Politianus in Miscellaneorū cap. 28. De

Panici terrores.

mortuo Pane & oraculorum eius defectu Plutarchus πόδι τῶ

ἐκλελοιπῶτων χρησείων. Et noster Eusebius lib. 5. præparatio-

nis Euangelicæ. <sup>n</sup> ¶ Quæq; coronatum sonuere Philetia Bran-

chum] Statius libro 8. Thebaidos.

Delon, & intonsi claudet penetralia Brāchi. Et rurs9

Patrioq; æqualis honore (in 3.

Branchus.

Historiam seu fabulam potius Branchi Lactantius Statij in-

Fabula Brāchi.

terpres diligentiss. ac doctissimus ex Varronis libris rerum di-

uinarum sic annotauit. Olus quidam decimus ab Appolline cū

in peregrinatione pranderet in littore, ac deinde proficisceret

oblitus est filium, nomine Simerum, qui peruenit in saltum pa-

troni cuiusdam. Et cum esset receptus cœpit cum suis pueris ca-

pras pascere, alij studio præhenderunt cygnum, & illum ueste

cooperuerunt, dumq; ipsi pugnarent ut illum patri munus offer-

rent, & essent fatigati, certamine reiecto, uestem mulieris indue-

runt, & cum fugerent reuocati ab ea moniti sunt, ut patronus

uehementer diligeret puerum, illi qui audierunt patrono indi-

carunt, tum patronus Simerum pro filio suo nimio dilexit affe-

ctu, eiq; filiam suam ducendam locauit uxorem, illa cum præ-

gnans ex eo esset, uidit in somnis per fauces suas solem introisse,

E &





COMMENTVS LVD. BRASS:

& exisse per uentrem infans editus, ideo Branchus uocatus est, quia mater eius per fauces sibi uiderat solem uterū penetrasse. hic cum Apollinem osculatus fuisset, comprehensus est ab eo, & accepta corona uirgaq; uaticinari coepit, & subito nunquam cōparuit. templum ei factum est, quod Branchiaden appellatur. & Apollini Phileſio pariter cōsecrata sunt templa, quæ ab osculo Branchi siue certamine puerorū Phileſia nūcupantur. Ita etiā

**Boccatius.** Boccatius in suis Genealogijs. Platonius autē Iamblichus in libro de mysterijs Aegyptiorū, huic oraculo fœminā in axe sedentem p̄esse dicit. Lycophron *πᾶρ δὲ θεῶν βραγχυσίαν*. Zeses uero siue **Iamblichus** is est Isaci9 cæc9, Lycophronis interps, Bochariacen dictā fuisse arbitrat. Terentianus de metris ex Callimachi hymno q nō ex-

**Terentianus** Pastorem Branchum cum captus amore pudico (tat. Fatidicas sortes docuit depromere Pæan.

Alludit enim ad hoc carmen noster Politianus. **¶ Et suz p carmen]** Virgilius de Latino in 7.

**Virgilius.** At rex sollicitus monstris oracula Fauni Fatidici genitoris adit. Et rursus.

Huc dona sacerdos

Cum tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti

Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit,

Multa modis simulachra uidet uolitantia miris.

Et rursus.

Atq; harum effultus tergo stratisq; iacebat

Velleribus, &c.

Strabo scribit in agro Samio Branchū fuisse Calchantis, cui sacrificabant nigrum arietem, & in pelle substrata dormiebat. Ita Pausanias de Amphiarao. Plautus uocat hoc incubare in

(Gurgul.

Vos quoq; per carmen triplices oracula Parcæ

Vestra datis, b quin & ueteres prompsere Sibyllæ

Carmen, c Amalthea, & d fati Marpesia diues

Herophileq; Idæa genus, f prædoctaq; Sabbe

Demoq;



Democor, Phygoor, & ueri Gnara Phaennis  
 Et Carmenta parens, & Manto, & Pythia longos  
 Phemonoe commenta pedes, & filia Glauci  
 Deiphobe, nimium uiuax, & Marcia fratrum  
 Nomina, Lymphatusq; Bacis, subterq; triones  
 Natus Hyperboreos Ollen, inq; Attide terra  
 Clarus honore Lichas, Dodoniadesq; columbae.

Vos quoq; per carmen] Ita enim eas Catull. in Argon.  
 inducit. multa Phurnutus de natura deorum. Parcarum mytho  
 logia Plato in primo πολιτειων pulcherrime exponit. <sup>Parcarum</sup>  
 & ueteres] De Sibyllis loquitur. Sibyllam Lactantius & Au- <sup>Mytholo</sup>  
 gustinus dicta putant dici quasi σεοβυλλω. Aeoles enim, siue ut <sup>giam.</sup>  
 Corinthus uult Dores, σεες εδ' δεες, appellat, inde vñ τω σεω per <sup>Sibylla di</sup>  
 Dioscuros iurantes dicunt, q; magis miror Suidā qui latinā hāc <sup>cta.</sup>  
 uoculam esse putauit. Aristoteles in Problematis sectione trige  
 sima, πολλοι δε και αλλα εγγυος ειναι τω νοδω τοπου τω θερμότητα  
 τω τω νοήμασιν αλισμονται μανικοις η ειδουσιαστικοις οθεν συβιλλαι  
 η βακχιδες η οι οι θεοι γινονται παντες. Lactantius libro instit. pri  
 mo ex Varronis libris, quos ad Caesarem de rebus diuinis scri  
 psit memorie prodidit, Sibyllas esse decem, quas etiā ordine re <sup>Sibyllae</sup>  
 censet. Primam quidem de Persis, quam Suidas Sambethen, <sup>sunt decem</sup>  
 Pausanias & noster Politianus Sabben Berosi & Erimanthes fi  
 liam εκ τω μουσειω τω τω. vnde fuisse arbitrantur. Hæc etiam Chal  
 daea & Hebraea Suidæ, Babylonia autem & Aegyptia Pausaniæ  
 creditur. Hæc teste Suida ea quæ de Alexand. Magni uirtuti  
 bus feruntur prædixit, cuius Nicanor Alex. rerum gestarum scri  
 ptor meminit, teste Lactantio & Suida. Secūda, Lybica, cuius  
 meminit Euripides. Tertia Delphica è Delphis oriunda.  
 Quarta Cumæa siue Italica, ex Cimeria Italiae, cuius Neuius  
 in lib. Belli Punici, & Piso in annalibus meminere. Quinta Ery  
 thræa quæ euentum belli Troiani uaticinata est. Sexta Sa  
 mia



- 7 mia nomine Phyto, quæ perperam Politiano Phygo dicitur.  
 7 Septima Cumana nomine Amalthæa siue Erophile aut Demophile potius, hanc Lactatius Tarquinio Sex. reliqs exustis tres libros eodem quo nouem precio addixerat uendidisse arbitratur. Suidas Albuneam Tyburtem arbitratur hoc fecisse, quod magis ueritati consentaneum est. Licet idem Herophilen Erythream fecisse etiam asserat. Octaua Hellepontia in agro Troiano nata uico Marpesso circa oppidulum Gergitheum ætate Cyri & Solonis. Nona Phrygia quæ uaticinata est An-  
 8 cyræ. Decima Albunea Tyburtina, de qua sic Tibullus li-  
 9 bro 2. Elegiarum.

Tibulli lo-  
cus explicatus.

Quasq; Albana sacras Tyburs per flumina sortes  
Portarit, sicco perlueritq; sinu.

Albunea de  
nominata.

Non enim legendum est Tyberis. Albana autem flumina Anienem intelligit. Strabo libro 5. Geographiæ, ubi de Tybure scribit, ac Præneste sortibus clara Albulas quasdam aquas adducit multis ex fontibus scaturientes prope Anienem, quas Tibullus Albana flumina intelligit. Non est autem de Tyberi intelligendum, ut uulgares commentarij uolunt. Ego etiam Albuneam, ab aquis albulis denominatam facile crediderim, cuius Horatius in Odis meminit: Quam domus Albunæ resonantis, Et præceps Anio & Tyburti lucus. Et Virgilius in 7. Lucosq; sub alta consulit Albunea. Hæc de Sibyllis generatim dixisse satis fuerit, restat Politianus. [Amalthæa] Hæc etiam à quibusdam Erophile dicitur. Tibull. Quicquid Amalthæa &c.

Marpessus

[Et fati Marpessia] Rursus quicquid Marpessia dixit apud eundem, duas fuisse Herophilas paulo post dicemus, quarum una à Marpesso dicta est. Marpessus enim teste Pausania in Pho. fuit ciuitas in Ida, ait enim, ἡ δὲ ἐπιτοκὸν ἐν τῇ Ἰδῆ τῆς Φωκίας πόλιος ἑστῆσαν τὰ δὲ ἑστῆσαν, id est, erant in Ida Troica Marpessi ciuitatis reliquiæ. Proinde mihi uidetur eandem esse Herophilen Idæam & Marpessiam, nisi Idæam Erythreã esse intelligas. Erythraei enim contendunt de ea cum Troianis. [Herophilaq; Idæa genus] Hanc quidã Amalthæam esse credunt, Pausanias in Pho-



in Phocica ita scribit, ut obiter transtulimus. Duæ fuere Sibyllæ eo nomine diuersis tamen temporibus, utranq; ante bellū Troianum fuisse constat, superior quidem Iouis & Lamiaæ filia Neptuni filia fuit, à Lybicus Sybilla adpellata. Herophile uero alia iunior fuit, quamuis et ipsa ante bellum Troianum uixerit. Helenæ enim prædixit, quod in exitium Europæ ac Asiæ in Sparta educaretur, quodq; propter ipsam Græci Ilion solo essent æquaturi. Hanc quidam Dely in suis hymnis non tantum Erophylen, sed etiã Dianam adpellant, (hæc autem Suidæ est Delphica) hanc quidam Apollinis uxorem, quidam filiam esse censent, Unde Tibullus,

Tibullus

Herophile Phœbo grata quid admonuit.

Mortua est in Troade, cuius Epitaphium Pausanias in eodē loco recenset, quidam eam Erythræam esse censent, unde illos de se cecinisse fertur uersus.

εἰμὶ δ' ἐγὼ γεγαῖα μέσον θνητῶν θεῶν  
 Νύμφης δ' Ἀθανάτης, πατρὸς δ' αὖ κητοφάροιο  
 μητρόθεν ἰδομένης, πατρὸς δὲ μοι ἐστὶν ἄρβυρον  
 μάστιγος μήτρος ἰδρὴ, ποταμὸς αἰδωνοῦς.

Contentunt enim Erythraei cum Græcis de ortu Herophiles. Quinetiam Coryw montem ostendunt, specumq; in quo natam Herophilen perhibent ex incola quodam Theodoro ac Nympha, ob eam autem rem Idaea cognomento dicta fuit, qd loca syluestria ac densa arboribus incolæ τὰς ἰδᾶς uocent. Strabo etiã libro 14. & 17. duas fuisse Erythræas Sibyllas autor est, quarum alteram Athenaidem uocat. [Prædocta q; Sabbe]

Contentio  
 de ortu He  
 rophiles.

Pausanias ἐπεγράφη δὲ καὶ ὑπερον τῆς δημῶς πρὸ ἑβραίοις τοῖς ἑσδρῶν τῆς παλαιστίνης γυνὴ χρησιμολόγος ὄνομα αὐτῆ σαββῆ, ἐν ἑσδρῶν δὲ εἶναι πατρὸς καὶ ἄρβυρον τῆς μητρὸς φασὶ σαββῶν, οἱ δὲ αὐτῶν βαβυλωνίαν ἑσδρῶν δὲ σιβύλλαν καλεῖται αἰγυπτιαν. Suidas uero ὁ πατὴρ σιβύλλης τῆς χαλδαίας ἐβρωσσοσ ἐκαλεῖτο ἢ δὲ μήτηρ αὐτῆς ἄρβυρον. Et rurſus: ἢ σιβύλλη χαλδαία κνεῖω ὄνοματι καλεῖται σαμβῆτη. Proinde quã Pausanias Sabben, Suidas Sambertham appellat. Hæc Sibylla Sambethæ rum prima esse fertur, à quibusdam Persica nominata. Scripsit scripta,

Pausanias.

Sambethæ





multos libros, & in primis de Christo Iesu seruatore nostro.

<sup>s</sup> [Democritus] De Demo Pausanias in Phocicis de Herophile Erithraea scribens addit. πῶ δὲ ἰδί τῶντι χρησμός κατὰ ταῦτα εἰπαῖται ἐκ κύμης τῆς ἐν ὀπικῆς εἶναι, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν δῆμω συνίχραφον ἢ τὸ δρόχος ἀνῆρ κυμαῖος. Eius uero oracula Cumani nemini audent ostendere, Hydriam lapideam tantum non admodum magnam in templo Apollinis monstrant, in ea Sibyllæ ossa composita affirmantes, hæc ab alijs Demophile adpellatur.

<sup>b</sup> [Phygores] ἐκ τῆς σαμίας ἢ κνείας ὀνόματι καλουμένη φυντῶ, nisi etiã Suidæ exemplar sit corruptum, de hac scripsit Eratosthenes.

<sup>i</sup> [Et ueri Gnara Phaenis] Pausanias: φαεννίς δὲ θυγάτηρ βασιλεύσαντος αἰδέως ἐν χείροσι. & rursus: αἰπύχου γὰρ μὲν τὸ ἀλφῶναι δὴ μῆτειον αὐτίκα εἰς πῶ ἀρχὴν κατισαμείων γέγονε φαέννις. Paulo autem post, Phennida oraculum de impressione Celtarum ex Europa in Asiam dedisse scribit, cum tū seculo ante uixisset, quàm hoc factum erat.

**Carmenta.**

<sup>k</sup> [Et Carmenta parens] Carmentam quidam Græce Nicostratam appellatam fuisse dicunt. Dionysius autē

**Plutarchus in uita Romuli.**

Halicarnasæus libro 1. Antiquitatum, Themis & θεαπιδδον ἐκ τῆς ὠδῆς, sicuti Carmentam Latine à carminibus dictã censet, fuit Euandri mater. Virg. in VI II. Carmentis Nymphæ monita.

**Due Carmentæ.**

Ante Sibyllas autem in Italia Carmēte uaticinata est. Gellius duas fuisse Carmentas, alteram Prosam, alteram Postuertam libro 16. cap. 16.

**Manto.**

<sup>i</sup> [Manto] Filia Tiresiæ de qua Pausanias in Boeoticis eiusmodi ferè scribit. Quando Argiui unà cum Epigonis Thebas depopulati sunt, Tiresiam & Manto in his prædis fuisse, ut ad Apollinem ducerentur. Tiresiam autem obiter illud defunctū, Manto solum adductam ab Argiuis Apollini, deum uero præcepisse, ut in Colophoniam eam traicerēt, ubi cum Ratio quodam Crete cohabitauit. Idem in Achaicis. Virgilius in 10. Fatidicæ Mantus. Venit autem postea in Italiam, & ex Tyberi genuit Ocnum siue Bianorem, qui à matris nomine Mantuam condidit. Prius autem Mopsium ex Ratio pepererat. Suidas adpellat Manto Sibyllã Thessalicam. <sup>m</sup> [Et Pythia longos, Phemenoe commenta pedes]

Pausanias





IN NVT. POLIT.

fanias in Phocicis καὶ ἡ φημένον περὶ μαντις πωικαντα ἔσσε εἰ Σαμί-  
 φω, φασιν, ἔχουσιν. tradunt Phemenoen Apollinis filiam carmē  
 Heroicum inuenisse, quod autem carmen heroicum appellat pe  
 des longos Cicero libro 2. de legibus, ne plus quatuor heroicis  
 uersibus, quos longos adpellat Ennius. ¶ Et filia Glauci Dei  
 phobe] libro 6. Virg. Phœbi Triuicēq; sacerdos

Phemenoe  
 carmē He-  
 roicum in-  
 uenit.

Deiphobe Glauci.

○ Hæc fuit Cumana longæua à Virgilio dicta, quem locum  
 Seruius enarrans, ita scribit: Apollinem amore Sibyllæ captū,  
 ei poscendi quod uellet arbitrium dedisse, illam haustis arenis  
 tantum proposuisse uitæ, id Apollo fieri posse, respondit si Ery-  
 thræā insulam relinqueret, nunquam eam reuisura. Venit itaq;  
 Cumas, ubi corporis uiribus defecta, in sola uoce uitā retinuit.  
 Quod ubi cognouissent illius ciues, incertum inuidia an commi-  
 seratione, epistolā ad eam miserunt, creta antiquo more signa-  
 tam, at illa uisa terra patria in mortem resoluta est. ¶ Et  
 Martia fratrum nomina] Seruius in sextum Aeneidos scribit  
 illorum libros in Apollinis templo unā cum Sibyllinis & Bego  
 es Nymphæ libris adseruari. Plinius in 7. de diuinitate Martij,  
 quem ego arbitror designatum pontificem à Numa, & præfectū  
 omnibus publicis & priuatis. Liuius in primo meminit fratrum  
 Martiorum. Cicero in libris de diuinatione. Sextus Pomp. me-  
 minit Gn. Martij uatis & eius carmen adducit. ° ¶ Lympha-  
 tus & Bacis] Oraculorum Bacidos Herodotus in Vrania ter  
 meminit, Suidas tres fuisse testatur. Primus ex Eleone Boeo-  
 tiæ, qui in primo de diuinat. Cicer. perperam Bacchis Boeoti-  
 us adpellatur, est enim legendū Bacis. Meminit Plato in The  
 oge. Alter Atheniēsis, cuius Aristoph. equitibus meminit πωλ  
 λω γὸ βακίς ἐχρητο τῷ ποτηρίῳ. ab hoc ego Pisisstratum Bacidem  
 adpellatum fuisse crediderim apud Suidam. Tertius Arcas, ex  
 ciuitate Cophya, qui etiam Cydas & Aletes adpellatus est, hūc  
 Theopompus in Philippicis tradit Lacedæmoniorum uxores  
 insanientes purgasse ab Apolline subornatum, quod uero Lym-  
 phatū adpellat. Pausanias testatur in Boeoticis; καὶ ἐν βοιωτίας  
 βακίαν

Fratres  
 Martij.

Oracula  
 Bacidos.

Error asti-  
 gatus.



**Olen.** βαίκιν φασὶ κατάχετον αἴθρα ἐκ νυμφῶν. Et rursus in Messenicis: βαίκιδι μανίτι ἐκ νυμφῶν. <sup>P</sup> Subterq; triones natus Hyperboreos Olen] Olenis mentionem facit Herodotus in Melpomene. Scribit enim, ubi de Argi & Opi, Hyperboreis puellis loquitur, Olenem in illarum honorem apud Hyperboreos hymnos quosdam composuisse. Olen uero non fuit Hyperboreus, ut putauit Politianus noster, μημηκῶ ἀμρτήματι lapsus. Aper-  
**Error Po** te enim Herodotus ὠλλῶ ἀνὴρ λυκίος, & rursus, ἔπος δὴ ὁ ὠλλῶ ἑ-  
**litiani.** σὺ δὲ μὲς εὐδὲ παλαιῶς ὕμνοις ἐποίησε ἐκ λυκίης ἐλθὼν τῆς ἀφθομνίου ἐν δὴ λῶ. Suidas uero: ὠλλῶ δὲ μαῖον ἢ ἑσθέρωτος ἢ λυκίος ἐποίησε μαῖον δὲ λυκίος ἀπὸ Ζαῖδου ὡς δηλοῖ καμίμαχος. Callimachus uero in Deli Hymno ita ait.

οἱ μὲν ἑσθέρωτος νόμον λυκίσι γέροντος  
ὄν τοι ἀπὸ Ζαῖδοιο θεοπέπος ἤγαγεν ὠλλῶ.

**Beo.** Pausanias in Boeoticis: λυκίος δὲ ὠλλῶ ὅς καὶ εὐδὲ ὕμνοις ἀρχαῖς ὁπότε ἐποίησεν ἑλλήσ. Rursus in Phocicis scribit: Βαο mulierem Delphicam composuisse hymnum Delphis, ubi primum μαν-  
τέιον, à quibusdam Hyperboreis cōstructum affirmat, in primis uero ab Olene, qui oracula primus edidit, & cecinit carmē hexa-  
metrum. Extat uero ille uersus in fine Hymni Βαον.

ὠλλῶ θ' ὅς ἐβλέπετο πρῶτος φοῖβοιο πρὸ φάτας.

**Politiani error.** <sup>q</sup> Inq; Atthide terra] Politianus hic denuo memoriae peccato lapsus est. Lychen enim Atticum fuisse scribit, cū Lacedæmonius fuerit, testis Xenophon in libro primo memorabilium Socratis. Primo autem de Attica dicamus, Strabo ἀντικλῶ μὲν γὰρ ἀπὸ ἀντικλῶνος φάσιν, ἀτθίδας δὲ ἢ ἀντικλῶ ἀπὸ ἀτθίδος τῆς κρηναῖς ἀφ' ἧς καὶ κρηναὶ οἱ εἰσὶ κρηναί. Quod uero notus honore fuerit, intelligit eum fuisse ἐκ τῆς ἀγάδο δρῶν. Sunt enim ἀγαδοδρῶν (teste Herodoto) ἑξήκοντες ἐκ τῆς ἰππίων. αἱ δὲ οἱ πρεσβύτατοι πέντε, ἕτερος ἐκαστοῦ εὐδὲ δὲ τὸν τὸν εἰσαυτὸν αὐτῶν ἑξήκοντες ἐκ τῆς ἰππίων σωαρητικῶν τῶ κρινῶ διαπομπῶν μὴ ἐλαυνεῖν δὲ μῶν δὲ μῶν, id est, sunt autem bene meriti ex ciuibus semper militia equestri perfunctis, quini quotannis, qui quo anno ex equitibus Spartanis exeunt, ne torpescāt alij alio mittuntur. Thucidides semel atq; iterū alterius  
**Lyches Lacedæmonis**  
Lychæ



IN NVT. POLIT.

Lichæ meminit Lacedæmonij, qui Arcesilai filius fuit. Quod uero Lichas inter uates refertur, intelligendum est ex Herodoti Clío seu lib. 1. Cum multum sæpe diuq; Lacedæmonij à Tegeatibus essent fusi, tandem aliquando oraculum consulere cœperunt, quonam pacto superiores his esse possent, his Pythia respondit: id fore si ossa Orestis referrent: cuius urnam cum nequirent inuenire, iterum Pythiam consuluerunt, quæ nuncijs interrogantibus sic respondit.

Lichas uates.

ἔσι ποσ ἀρκάδης τεγέη λθραδ ἐνὶ χώρῳ  
 ἐνθ' ἀνεμοὶ πνέιοισι δύο κρατὸρῆς ἔσθ' ἀνάγκαις  
 καὶ τὸ πῶς ἀντίτυπος καὶ πῆμα ἰδί πῆμασι κείται  
 ἐνθ' ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυσίβοος αἶα  
 τὸν, σὺ κομμασάμεν τεγέης ἐπὶ ταρρόδος ἔσθ'.

Hæc cum Lacedæmonij audiissent, nihilominus tamen de inuentione hæsitabant, omnia disquirentes, donec λίχης τῶν ἀγαθοδρῶν καὶ λεομνίων σπαρπητέων ἀνδρῶν. Ille uero fortuna pariterq; solertia fretus, hanc rem apud Tegeates inuenit, cum eo tempore per inducias inter utrosq; usus esset, officinam enim ferrariam ingressus, dum ferrum faber procuderet admirandus stetit, quem sic affectum faber conspiciens, quanto magis inquit ea, quæ ego uidi admirarere, Lacon si opificium hoc ferrarium ita te attonitum reddidit. Cum enim in hac corte puteum facere uellem, incidi in sepulchrum septem cubitorum, quod incredulus (non enim arbitrabar maiores nasci, quàm nunc sunt homines) aperui, uidiq; omnino sepulchrum cum cadauere conuenire. Quare motus Lichas statim cōiecit hunc esse Orestem, præcipue cum oraculum quadraret de duobus follibus seu uentis, de incude ac malleo, ceu de forma formæ hoste, ferrum uero, quod procudebatur plagam superinditam plagæ existimabat. Hac coniectura fretus Spartam contendit, Spartani uero his auditis tanquàm confinxisset Licham exilio multarunt. Rursus itaq; in Tigeam delatus, casum cum fabro communicatum, ab eoq; aulam conducit, ibiq; aliquandiu habitans loco cognito ossa Spartam transfert. Ex eo deinde tempore

Ossa Orestis inuenta.

F Lace-



Dodonides  
columbae.

Lacedæmonij Tegeatibus semp̄ superiores fuere. Meminit etiã  
sed obiter Pausanias, & Plutarchus in Cimone. de eodem Xe-  
nophon libro α. ἀπομνημονομαίων, ita: λίχαισ μὲν γὰρ ταῖς γυμνο-  
παιδείαισ ἐπισημνύοντας ἐν λακεδαίμονι ξένου ἔδει πνισε. ¶ Do-  
doniadesq; columbae] De his Herodotus in secundo integrã  
contexit fabulam. Lector studiosus apud autorem quærat. Pau-  
sanias in Phocicis: τὰς δὲ πελίαςδας, δὲ φημινόης ἐπιπετόρ' αὖ γένισ-  
σαι λεγούσιν καὶ ἄλλα γυναικῶν πρῶτας τὰδε τὰ ἔτη.

Ζῆς ἴω, Ζῆς ὄσι, Ζῆς ἔασεταί, ὦ μέγαλε Ζῆ.

Ἄ καρπούς ἀνίψ' διο, κλήζετε μήτορα γαῖαν.

Seruius in nonam Virgilij Eclogam: In Epiro dicitur nemus  
fuisse, in quo responsa dabant columbae, quod ideo fingitur,  
quia lingua Thessala Peliades & columbae uaticinatrices adpel-  
lantur. Pleiades uero mutatas in columbas esse superius anno-  
tauimus. Proinde Dodonæas & Dodonidas quidam appellant,  
quod oracula ediderint in Dodona,

<sup>a</sup>Nam quid ego innumeras uariantem Protea formas,

<sup>b</sup>Sed dubio risus, uultu, lachrymasq; perosum?

<sup>c</sup>Quid ue loquar te Glauce senex, <sup>d</sup>plenumq; parente  
Idmona, <sup>e</sup>fulminei prostratum dentibus apri?

<sup>f</sup>Ampycidenq; pium, Lybicus quem fudit arenis  
Vipera fatifero fauces accensa ueneno.

<sup>g</sup>Quid te cui uolucrum linguæ patuere Melampus?

<sup>h</sup>Quid, cui post uisos nudatae Pallados artus

Cernere nil licitum? <sup>i</sup>quid quem impia prodidit uxor

<sup>k</sup>Hosticaq; ausit humus? <sup>l</sup>quiq; alto in melle necatum

Restituit luci, quo nuper uixerat anguis

Gramine Minoum Dictæo carcere Glaucum,

<sup>m</sup>Aut qui mille rates peritura ad Pergama duxit

Thestoris



Thestoriden, aut qui magica fera murmura lingua  
 Ingeminans, liquido deduxit ab æthere fulmen  
 In caput ipse suum, ° propugnariq; bidental  
 Iussit, ° Achæmenium seruantia busta Tiaram.

<sup>a</sup> ¶ Nam quid ego innumeras] Proteus, de Protei uaticini-  
 is Homerus Odys. Δ. & Virgilius Georgicon 4. Hic teste He-  
 rodoto Paridi exitium prædixit, quod alij Nireo adscribunt. V-  
 terc; enim ἀλί@ νημορπής, & γόρων apud poetas fingit. Virgil.

Protei uati-  
 ania.

Est in Carpathio Neptuni gurgite uates  
 Cæruleus Proteus.

Virgilius.

Fuit Rex Aegypti oriundus ex Pallene Thessaliæ ciuitate, ad  
 quam ob scelera filiorum Thelegoni & Polygoni ab Hercule  
 postea occisorum reuersus est, unde illud

Hic nunc Aemathiæ portus patriæq; reuisit  
 Pallenen.

Proteus q̄s.

Diodorus Siculus libro Biblioth. 2. μυθολογικῶς Protei fabulã  
 exponit: Consuetudo inquit regibus Aegypti tradita, Græcis  
 causam huiusmodi transmutatiõis fingendi præbuit. Nã Aegy-  
 ptijs regibus mos erat leonis, tauri aut draconis priorem par-  
 tem in capite ferre principatus insignia, quandoq; uero arborẽ  
 quandoq; uero ignem, quãdoq; redolentia supra caput unguen-  
 ta ac aquas. Hæc enim tum ad decorem atq; ornatum specta-  
 bant, tum stuporem ac superstitionem quandam inspicientibus  
 iniñciebant. Hactenus Diodorus. Protei fabulam unico uersicu-  
 lo sic expressit Licentius:

Protei fa-  
 bula μυθολο-  
 γικῶς  
 exposita.

Spumat aper, fluit unda, fremit leo, sibilat anguis.

Licentius.

Quidam ob multarum disciplinarum peritiã, eum in mul-  
 tas formas ac habitus se transformasse aiunt. Arati interpres,  
 Proteum φυσικῶς aerem esse dicit, & ob hoc apud Homerum in  
 ignem ac aquam conuerti. Platonici uero, illud Orphei de Pro-  
 teo enarrantes: πόντε κλυιδας ἔχοντα, uolunt Proteum esse eam  
 mentem à qua formæ defluant. Claves enim Ponti generatio-



nem rerum esse uolunt, ut elegantiss. Picus Mirandulanus disse-  
 rit. <sup>b</sup> ¶ Sed dubio risus] Proteus habuit liberos latrones, ob q̄  
 rum maleficia se in quendam Pallenem specū præcipitauit. Mœ-  
 rore autem confectus, audita eorum morte (ab Hercule enim oc-  
 cisi sunt) neq̄ risisse neq̄ fesse fertur, alterum prohibente na-  
 tura, alterum suadente ratione. De alio Proteo, qui etiam ora-  
 cula edidit, Lucianus & Anaxagoras in ea ratione, quam pro  
 Christianis legatus ad Marcum & Commodum Cæsarem ha-  
 buit. <sup>c</sup> ¶ Quid ue loquar te Glauce senex] De Glaucō intelli-  
 gendum, cuius filia fuit Deiphobe, uel de Anthedonio in deum  
 marinum & piscem sui nominis mutato, de quo Ouidius libro  
 13. Metamor. & Athenæus libro 7. Ad nausæam usq̄ Ausoni. Sic  
 Anthedonius Bozotia per freta Glaucus. Fuere alij complures  
 Glauci diuersis euentis clari ac celebres. <sup>d</sup> ¶ Plenumq̄ paren-  
 te Idmona] Idmon ut interpres Appolloni (qui Argonaut.  
 scripsit) testatur, filius fuit Asteriæ & Apollinis. Proinde Poli-  
 tianus eum plenum parente, id est, Apolline, quasi Enthusias-  
 mo & diuino furore adpellat. Orpheus Crotoniates Argonau-  
 ticarum author Ampyci filium facit, ἀμπυκίδω ἰδμωνα appel-  
 lans. Dicitur autem Idmon à peritiâ uaticinandi. Ausonius:  
 Idmona quod uatem medicum quod Iasida dicunt,  
 Discendas artes nomina præueniunt.  
 Proinde Apolloni interpres testimonio Chamæleonis Thesto-  
 rem ab antiquis Idmona dictum asserit ob experientiam, cum  
 alioq̄ Idmonis & Laothoes Thestor fuerit filius. <sup>e</sup> ¶ Fulminei  
 prostratum dentibus] Ouidius in Ibin:  
 Quiq̄ Lycurgiden lætauit & arbore natum  
 Idmonaq̄ audacem te quoq̄ rumpat aper.  
 Vbi de Ancaeo Lycurgi filio loquitur, de quo Ouidius libro 8.  
 Metamor. & Pausanias in Arcadicis, & Adonide Myriha na-  
 to, qui postea in arborē sui nominis mutatus est. Seneca in Me-  
 dea perisse refert Idmona ictu serpentis, sic:  
 Idmonem quamuis bene fata nosset,  
 Condidit serpens Libycis harenis.

Protei libe-  
ri latrones

Glaucus.

Idmon.

Dicitur Id-  
mon.

Ancaeus Li-  
curgi filius.

Ampyci



[¶ Ampyciden ὄριον] De Mopso filio Ampyci Titaronis & Chloridos loquitur Apollonius in 1. Argonauticῶν.

Mopsus.

ἦλυθε δ' αὖ μόψος πιταρήσιος ὄν πᾶσι πάντων  
λητοῖσιν ἐδίδηξε θεοπροπίᾳσ' οἰωνῶν.

Poetae quod nunc in uniuersum admonere uolo, confundunt aliquando parentum nomina. Duo enim Mopsi fuere, uterque uaticinandi peritia clarus. Alter enim fuit Apollinis siue Ratiῆ & Mantus Tiresiæ filius, qui cum Calchante de diuinandi arte contendit. Alter de quo nunc agimus Lapytha genere, Ampyci & Chloridos filia Orchomeni, de quo Ouidius lib. 12. Metamor.

Διο Μοψί.

Nec tu credideris tantum cecinisse futura.

Ampyciden Mopsum.

Hic interfuit bello Centaurico, nec in Lybia à serpente occisus est, sed alter de quo etiam diximus Apollo, tum in 4. ubi de Lybia agit ad Mopsum Ampyci retulit.

ὦσα καὶ ἀμπυκίδην αὐτῷ εἰ ἤματι μόψον  
νήληθ' ἔλε πῆτος, ἀδουκία δ' ἐφύγεν αἶσαν  
μαντοσύνης, ἔ γάρ τις ἀποφρόπιθ' ἀναίτοιο  
καί το δὲ ἰδὲ φάματιοῦ μεσημβρινὸν ἤμῃ ἀλίσιων  
δεινὸς ὄφεις, νωθῆσ' μὲν ἔκων ἀέκοντα χαλέσαι.

[¶ Quid te cui uolucrum lingua] De Melampode. Est autem hic Melamphu uocandi casus Græcus. Melampodis uero historiam seu fabulam, potius Didymus Ἰζηγίσιος ὀμηρικῆς libro 1. Theocriti interpres in Idyll. γ. & Tharreas Apoll. Rhodii interpres in primū Argonauticῶν, copiosissime exponunt. Præterea commentarij Græci adducunt Hesiodum in opere, cui titulum μεγάλαῖς ἡοίαις fecit, Melampoda scribere in peregrinatione olim diuertisse ad Polyphantem, sacrificante tum illo, draco subrepēs seruum deuorauit. Draconem uero à se Melampus interemptum sepeliuit, foetusque illius diligenter enutriuit, qui de inde Melampodis aures sublingentes eidem uaticinandi artem inspirarunt. Ait etiam Homeri interpres Didymus, μελάμπος δὲ ὁ ἀμυθίωνος ἔσθ' ἀρακόντων τὰ ὦτα καθαρθεῖς ὡς καὶ τῶν ἀλόγων ἔσθ' ἀκουῖν ζώων. Audiuit enim uoces uermium trabem ar-

Melampodis fabula.



rodentium, & cum auibus collocutus est super consilio, ut Iphiclus liberos generare posset, captando. Proinde Politianus merito ei uolucrum linguas patuisse scribit. <sup>h</sup> ¶ Quid cui post uisus nudatae Pall.] Tiresiam innuit. Propertius lib. 4. Eleg.

Tiresias.

Magnam Tiresias aspexit Pallada uates  
Fortia dum posita Gorgone membra lauat.  
Hanc fabulam Callimachus elegantissima Elegia, quam Politianus noster elegantiss. transtulit, prosequitur:

καὶ μόνος δὲ τε Δάμνη πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι  
φοιτᾷ σὲ μέγιστος τίμος ἀγασίλα.

Amphiararus.

Ita etiam Homerus Odyss. λ. & Strabo. <sup>i</sup> ¶ Quid quem impia prodidit uxor] Is est Amphiararus quē Eryphile uxor prodidit, accepto aureo torque. fabula est notissima ex Statij Thebaide. Pausanias in Atticis apud Oropios, *μανθείον* Amphiarari esse scribit, & ibidem Amphiararum coli instar Dei. Vide Valerium Max. de honoribus Amphiararo habitis. <sup>k</sup> ¶ Hosticae haussit humus] Horat. in Saty. 9. Sermo. lib. 1. Neque hosticus hauriet ensis. Loc9 in q̄ Amphiararus absorptus est, H A R M A uocat. Pausanias & Step. de Urbib9, multa de Amphiararo. Pindarus & Aeschylus *ἔπι αὐτῷ θεῶν*. <sup>l</sup> ¶ Quic9 alto in melle necatum] Polyidum designat, qui Glaucum Minois hausto melle ob bilem ferme exanimatum, herba quam draconem uocant restituit. Quidam aliter exponunt, Polyidum scilicet uatem ac medicum Argium in sepulchrū Glauci Minois filij demissum (erat enim is melle suffocatus) herba quam olim draconē mortuo draconi apposuisse, & ita reuixisse uiderat, illi uitam recuperauit. Multa Palæphatus & doctissimus uir ERASMVVS in Chiliadibus: *πλαῶνες πίνων μέλι ἀνέσθη*. <sup>m</sup> ¶ Aut qui mille rates peritura] Calchantem intelligit, is Thestoris fuit filius. Homerus in Catalogo. Calchas enim ex ostento draconis & passerum excidium Troiæ uaticinatus est. Historia satis nota.

Polyidus.

Erasmus Roteroda.

Calchas.

Zoroaster poeta.

<sup>n</sup> ¶ Aut qui Magica] Zoroastrem describit. Zoroastres teste Plinio in 7. primum natus risit, eidemq̄ cerebrum ita palpita uit, ut impositam manum repelleret, quod prælagium futuræ sciens



scientiæ fuisse tradunt. De Zoroastris atate ac uersibus & in-  
uenta ab eodem Magia Plinius libro 30. Vixit caeso in desertis  
uiginti annis, ut idem libro 2. testatur. Cæterum quod ad rem *Suidas.*  
attinet, Suidas ita scribit: Ζωροάστρης ἀστρονόμος ἰδί νίνης βασιλέ-  
ως ἀσυρίων ὃς τις ἠύξατο ἕως πυρὸς ἔρκενίης πελθυτῆσαι, πῆρυγνῆσαι  
τοῖς ἀσυρίοις πλὴν πεφρόν αὐτῶ φυλάτῃν ἔτω γὰρ αὐτοῖς ἡ βασιλεία ἐκ  
ἐκλείψῃ διαπαντός. ¶ Propugnariq; bidental] Sextus  
Pompeius & Nonius Marcellus testimonio Nigilij Figuli ap-  
pellatum esse bidental testantur, quod in eo bidentes siuæ bi-  
næ hostiæ immolentur. Horat. pro loco fulminis accipere uide-  
tur. Pontifices enim reliquias fulminis unâ cum hostijs sepelie- *Bidental*  
bant, & propterea adpellat triste in arte. *quid.*

Minxerit in patrios cineres, aut triste bidental.

Bene autem Zoroastris sepulchrum Politianus bidental adpel-  
lat, quod eo in loco de cœlo tactus sepeliretur. Et Persius:

Triste iaces lucis euitandumq; bidental.

¶ Achamenium seruantia busta Tiaræ] Ex superioribus Sui-  
dæ uerbis adparet Zoroastrem Persas iuramenti fide ac religi-  
one obstrinxisse, ut suos cineres seruarent, propugnarentq; hoc  
enim fore, ut perpetuo summa rerum apud eos esset futura. Si-  
milis historia est apud Iustinum libro 7. de Perdica. Achamenii-  
um uero pro Achameniorum, id est, Persarum ab Achamene re-  
ge. Vide Herodotum. Tiaram pro regno posuit. Fuit autem *Tiara qd.*  
Tiara, teste Polluce ac Suida, ornamentum capitis, quod reges  
solum apicatum ac sursum uersus erectum portabant, reliqui de-  
pressum ac inclinatum. Demaratus enim Lacedæmonius qui cū  
Xerxe contra Athenienses iuit, offerente ei rege petendi optio-  
nem, nihil aliud petijt, quàm ut erecta Tiara Σαρδεῖς ingredi-  
etur, hanc quidam Cydarin aut Anaxyrida appellant.

\* An memorem Solymos prælustria nomina uates

¶ Psallentemq; Deo regem, qui turbine fundæ

icta Philistæo sequit puer ora giganti.

Teq;



Teq̄ Palæstini laqueantem culmina templi  
 Mentis, opumq̄ potens Solomon, nec odora tacentem  
 Oscula follicito languentis amore puellæ,  
 Pars hymnos fudere Deo. Sic maximus ille  
 Nondum clara sacris radiatus tempora Moses  
 Ignibus, ut rubras sicco pede transijt undas,  
 Demerso insignem cecinit Pharaone triumphum,  
 Tuq̄ puer modo dictæ mihi Iessæe vicissim  
 Dulcia terribili mutans psalteria bello,  
 Voce Deum placas, ut quos Babylone rebeli  
 Lambit in horrifonis non noxia flamma caminis.  
 Quosq̄ alios ueteris gens seruantissima ritus,  
 Retrorsum Iudæa legit, sed enim æthera magnum  
 Custodesq̄ alij genios (ita iusserat error  
 Publicus) innumerosq̄ lares, functosq̄ sepulchris  
 Mille Deos, uarijsq̄ animatum partibus orbem,  
 Heu frustra coluere p̄ij, ueniamq̄ rogantes.  
 Qualiacunq̄ suo placabant numina cantu.  
 Mox chaos & teneri prima incunabula mundi,  
 Et diuum genus, atq̄ hominum, & Titania secla  
 Non humili dixere tuba, quoq̄ edita partu  
 Gramina, frondi ferumq̄ nemus, gentesq̄ ferarum  
 Quid uie parens natura agitet, quos uie aurea ducant  
 Astra choros, ut se fraternis Delia flammis  
 Induat, & radijs eadem mox depleat haustis,  
 Quæ ceelo portenta uolent, quem uie ille tumultum  
 Misceat, aut quantis uarietur ab ignibus aer,  
 Quo saliat quassante solum, qui torqueat error

Oceani



Oceani refluxas undas, molemque natantem:

¶ An memorem Solymos] Loquitur de Hebræorum prophetis. Poetæ enim teste Hieronymo, cum Prophetis habent quandam affinitatem. ¶ Psallentemque Deo regem] David & Goliath conflictum ex libris Regum pete. David parta pace, & sopitis bellorum fomentis, & ut Iosippus Antiq. libro 4. scribit: Expeditus à prælijs ac periculis, cum pace iam altissima frueretur, cantica in Deum hymnosque uario metrorum genere composuit, alios quidem trimetros, alios quidem quinque metros: Proinde Politianus paulo post subdit.

Tu puer modo dicte mihi Iessæ uicissim  
Dulcia terribili mutans Psalteria bello.

Defunctus enim bellis animum ad conicribendas Odas adpulit, ut habes etiam 2. Regum 22. Hieronymus enim in Hieremiam Psalmos Davidis Lyricum carmen esse credit, Hebræi tamen singularē pedum (quos ipsi clauos adpellant) rationem habent. ¶ Teque Palæstini laquean.] Salomon qui omnes suæ ætatis doctos, non solum Hebræos, uerum etiam Aegyptios omnium rerum scientia ac abundantia superauit (adeo ut Hierosolymis æqua argenti ac lapidum copia fuerit) templum maximis sumptibus Deo Opt. Max. uouit ac ædificauit septimo quæ coeperat anno, cuius templi ædificationem ac descriptionem pete ex Iosippi Antiq. libro 8. cap. 3. & 1. Regum 6. Item ex Aristæa qui legationem Ptolomæi ad Eleazarum Pontificem Hierosolymitamum descripsit. ¶ Nec odora tacentem] Solomonem Odas etiam ac Cantica scripsisse testatur scriptura sacra. Nempe ut Iosippus Antiquit. libro 8. et Eusebins Præp. Euan. libro 11. scribunt de canticis, odis siue modulationibus libros quinque & mille. Hoc uero in loco intelligit Canticum canticorum, quæ Origines & Hieronymus Epithalamiū ad sponsam Christi osculum unguentis quibusuis suauius fragans expetere ac laudare inducit. ¶ Languentis amore] Ipsa enim

Poetæ cum  
Prophetis  
habēt quan-  
dam affini-  
tatem;

Psalmi Da-  
uidis.

Salomon.

Descriptio  
templi Sa-  
lomonis.

Budæus li-  
bro 4. de  
Asse.

Salomon

Odas ac  
Cantica scri-  
psit.

Liber Can-  
ticorum Sa-  
lomonis.

G ita



COMMENT. LVD. BRASS.

ita loquitur: Amore languero .&c. Is liber apud Hebræos nisi ab hominibus perfectæ ætatis legitur, in quem etiam Origenis extant commentaria ab Hieronymo maxime laudata.

**Multi hymnos scripserunt.** ¶ Pars hymnos] Multos constat hymnos composuisse apud Hebræos, nullorum tamen approbati sunt, nisi horum qui spiritu sancto correpti scripserunt. Quod etiam Plato in sua Republica constituit. Eusebius libro præparat. Evangelicæ duodecimo. ¶ Sic Maximus ille] De uultu Moyli glorificato in Exodo, quod Origenes duodecima Homelia grauissime interpretatur. De uictoria uero Moyli aduersus Pharaonem ibidem, Canticum uero triumphale hexametris, ut Agiographi testantur, conscriptum fuit, quod etiam Origenes Homelia sexta exponit. Testamentum Moyli in Deuteronomio, Rabini Hebraici certis legibus numerorum adstrictum affirmant. De quo Iosephus Antiq. 4. mihi uideatur loqui. Deinde hexametrum eis carmen effecit, quod in libro dereliquit in sacrario conseruandum, eloquium continens futurorum, secundum quod omnia facta sunt atque fient. Nulla quoque ueritate priuatur. Moses enim hexametris ita delectatus est, ut Hiob (quæ in Aegypto ex Syrorum idiomate in Hebraicam transtulit linguam) passim præterquam in principio ac fine, senis pedibus adstrinxerit, testis Origenes in Hiob, & Hieronymus in præfat. in eundem. ¶ Vt quis Babylone rebellis] Historiam trium puerorum Daniel cap. 3. et Iosephus Antiq. 10. copiose prosequuntur, similem quoque Historiam Philon Alexandrinus de Baal, Abimelech & septem Hebræis adducit in libro Antiq. Cæterum is hymnus à pueris decantatus in Hebræo non extat, ut alia quæ Iudæi (teste Hieronymo) derident. Deinde tantum fuisse (inquit Hieronymus, de quodam Rabino loquens) octo tribus pueris cauillabatur, ut in camino æstuantis incendiij metro luderent. &c. ¶ Quosque alios ueteris] Multos fuisse constat, qui cum uiderent prophetas certis quibusdam lineis ac uersibus descriptos ac translatos, crediderunt eos metricis rationibus esse ligatos, quorum errorem Hieronymus eleganter in præfat. in Esaiam sic tangit. Nemo cum prophetas uersibus



uersibus uiderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebraeos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis & operibus Solomonis, sed quod in Demosthene, & in Tullio solet fieri, ut percola scribantur, & commata, qui utiq; & prosa & non uersibus scripserunt. Sciendum uero est ut paucis absoluiam Solomonis opera, Prouerbia, Ecclesiasten, & Cantica Canticorū, μετεικώς scripta. Præterea Psalterium, Lamentationes Hieremiæ, & omnia fermè scripturarum cantica, in morem nostri Flacci, Græciq; Pindari. Hieronymus in præfat. in Hiob. ¶ Sedenim æthera magnum] Superstitionem Ethnicorum describit. Multi enim cœlum siue æthera pro Deo coluere. ¶ Custodesq; aliq. &c.] Censorinus de die natali: Genius, inquit, est Deus, cuius in tutela, ut quisq; natus est uiuit, ita dictus q̄ unā nobiscū nascatur. Veteres eosdem Genios, Lares & Penates esse arbitrati sunt. Dī Geniales teste Pompeio, sunt ex quibus omnia procreantur elementa scilicet. Veteres olim non solum hominibus uerumetiam ædibus ac locis priuatis suos dedicabant Genios. Genij uero boni dicuntur δαίμονες, quasi δαίμονες. Theocritus Idyllio. δ. αἰ αἰ τῷ σκληρῷ μαλαδαίμονος. Hesiodus: τοὶ μὲν δαίμονες εἰσὶ διὸς μεγάλου διαβουλάς ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀθρώπων. Et Callimachus in hymno ad Cererem δὴ ὅκα τελοπίσσει σιν ὁ δεξιὸς ἄχθετο δαίμων, quasi Genius loci & numen tutelare. Mali uero ἀλαστόρες. Euripides in Oreste, καὶ τοὶ μὲ ἐσθὲ δειμαμπίνος κλύων ἀλαστόρων. Hinc Socratis dæmonium, de quo Plutarchus ac Apuleius. Hinc ἀλάστωρ Bruti, de quo etiam Plutarchus ac Florus. Euclides præterea Socraticus Censorini autoritate, duplicem nobis Genium appositum esse dicit. Hinc Deo irato meo apud Terentium, & rursus propicio ( testis est donatus) apud Næuium. De Genijs Censorinus, Plutarchus, Pollux, Perotus ac Erasmus. Quibus uero modis Genius colebatur, testis est Horatius:

Floribus & uino Genium memorem breuis æui.

Hic genialis dies, hinc genio, id est, naturæ indulgere, & rursus Genium defraudare, Politianus multa in Miscellaneis. ¶ Fun

G 2 ctosq;

Genius.

Dij Geniales.



Triginta  
millia deo-  
rum. etosq; sepulchris ] Hesiodus teste Eusebio triginta millia deo-  
rum in terris fuisse testatur, quorum mortes & sepulturas Eue-  
merus collectis undiq; ipsorum epitaphijs, conscripsit, testis Ci-  
cero & Lactantius. ¶ Mox Chaos] Eiusmodi em sunt Hym-  
norum Orphei & carminum Saliarium argumenta, quæ Aeli-  
us Stilo interpretatus est, quæ uero sequuntur Physica proble-  
mata passim ab authoribus excutiuntur. ¶ Quo saliat quassante ] Pro quasso ut auertens pro auersus. Virgili. Siliqua  
quassante legumen.

Inde sacrosanctas modulati carmine leges,  
Multisonum fecere Nomon, nec uulnera tantum  
Sæua, sed & cæcos uincebant carmine morbos.  
Sacrifici quondam nec dis ignara poetæ  
Nomina. Quin magicas arcano murmure linguas  
In uarios duxere modos, nec fabula mendax  
Parrhasio lapides mouisse Amphiona plectro,  
Orpheos atq; lyram curua de ualle secutas  
In caput isse retro, liquido pede fluminis undas,  
Cumq; suis spelæa feris, cum rupibus ipsis  
Dulcia Pierias properasse ad carmina fagos,  
Quæq; auis applauso libraret in aere pinnas.  
Penè intercepto uix se tenuisse uolatu,  
Illius argutis etiam patuere querelis  
Tartara, terrificis illum uillosa colubris.  
Tergemini stupuere canis latrantia monstra.  
Tum primum & lachrymas inuita per ora cadentes  
Eumenidum, Stygij coniunx mirata tyranni  
Indulxit uati Euridycen, sed muneris usum

Perdi-



Perdidit, heu duræ nimia inclementia legis,  
 At iuuenem postquàm Thressarum iniuria matrum  
 Frustra suaue melos, frustra pia uerba mouentem,  
 Dispersit totis lacerum furialiter agris,  
 Cum lyra diuulsum caput à ceruice cruenta.  
 Heu medium ueheret resonans lugubre per Hebrum  
 Relliquias animæ iam deficientis amatam  
 Mouit in Erudycen, tamen illam frigidus unam  
 Spiritus, illam unam moriens quoq; lingua uocabat,  
 Lesboum stupuit uulguis, cum flere natantes  
 Sponte fides, atq; os domini uectare cruentum  
 Vidit, & heu lassis uelut aspirare querelis,  
 Improbis hanc stulte Chelyn affectare Neanthus  
 Ausus, Apollinea pendentem substulit æde.  
 Quem tamen indocto ferientem pollice chordas  
 Vindice discerpit rictu nocturna canum uis,  
 Illa recepta polo, ceu quondam saxa nemusq;  
 Sic nunc stelliferis agit aurea cornibus astra.

¶ Indefacrosanctas] Sacrosanctum dicebatur quod iure iurando interposito erat institutum, ut si quis uiolasset, morte pœnas penderet, cuius generis sunt Tribuni pleb. ædilesq;. Sextus Pomp. ita Cic. pro Cornelio. Quòd uero Tribuni sacrosancti fuerint, id est, quòd sine capitali piaculo attingi non potuerint. Plinius in 7. & Liuius libro 6. ab Urb. cond. Inde libro 9. Sacrosanctam, potestatem pro tribunitia accipit. Leges dicuntur sanctæ, ut muri & legati, Inde sanctiones sacratæ, authore Festo, quod qui contra eas deliquisset, sacer alicui deorum esset, & sacrosanctæ, ut hic, id est, intactæ & ab omni iniuria tutæ, sic Cic. in Catilinam possessiones Sacrosanctas adpellat. Sacrosanctæ

Sacrosanctum.

Sanctiones sacratæ.



sanctæ per Emphasim, quod ex sanctis ac sacratis quasi cōstent.

[Inde Sacrosanctas modulati &c.] Est hic elegans Amphibologia in leges & nomon, testatur uero leges quibusdam metricis harmonijs ac numeris, hoc est, nomis compositas fuisse ab Apolline. Nomos enim uocabulum, Latinis etiam familiare, mensuram quandam ac legem in cantu significat. Suetonius in Nero. Nec ante cantare destitit quàm inchoatum absoluerit nomon. Ita Aristot. in Problem. secti. 10. ὅτι τὶ νόμοι καλεῖται ἕως ἄσδου, ἢ ὅτι πρὶν ἐπίσασθαι γράμματα ἴδον τῶς νόμοις ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται.

Nomos.

Suidas.

Suidas: ἀπόλλων φασι, μὲν λύρας κατέδειξε τοῖς ἀνθρώποις νόμοις καθ' ἕως ζήσονται πρῶτων τε ἅμα τῷ μέλει β' κατὰ ῥυθμὸν ἐν αὐτοῖς τὸ σπείδεις καὶ διπρόσιτον τῆ τῆ ῥυθμῶν ἡδύτητι, ποίων τὸ πρῶτον ἀγγελομένον καὶ ἐκλήθησαν νόμοι κυθαροῖσι ἐκείθεν δὲ σεμνολογικῶς ὡς καὶ ἀριστοτέλης δοκεῖ νόμοι καλεῖται οἰμονικῶς ῥόποι καθ' ἕως πινασ ἀδόμεν.

Quorum uerborum is est sensus: Apollinem ferunt iam reperta lyra hominibus leges quasdam præscripsisse, ad uiuendi rationem appositas. Pecuinus enim hominum affectus à principio cantu demulcebat, ac quasi aditum quendam ad præcipiendū carminis suauitate sibi muniebat, has uocarunt leges Cytharæ dicas, à quibus deinceps rationes canendi appellatæ sunt νομοί. Huc uidetur Politianus noster respexisse, ait enim leges carmine compositas fuisse, à quibus deinde uarij nomi fluxerunt, ut testatur Iulius Pollux libro 4. cap. 9. Onomastici: νομοί δὲ τῶν πάντων ἀπὸ μὲν ἔθνων ὄθεν ἡ αἰολίῳ, καὶ βοιωτίῳ ἀπὸ δὲ ῥυθμῶν ὄρθιῳ καὶ ῥοχαίῳ, ἀπὸ δὲ ῥόπων ὄξυς καὶ τετραοιδός, ἀπὸ δὲ αὐτῶν καὶ τῶν ὄρων μὲν τῶν πάντων καὶ καπίων. Plutarchus in Musica, & Athenæus libro 10. Solon etiam teste Plutarcho αἰοί δὲ φασι ὅτι καὶ αὐτὸς νόμοις ἐπεχείρησεν ἐκτείνασ εἰς ἔπος ὁμοεικέλων, deinde principium eius libri adducit, sunt enim legum carmina, id est, præscripta, Ciceroni & Liuiō ut Cælius lib. 6. cap. 7. lib. 11. de Oratore. Discebamus enim pueri x 11. ut carmen necassarium. [Nec uulnera tantum] Sic Plinius historiæ naturalis libro 28. cap. 2. Dixit Homerus profluuium sanguinis uulnerato femine Vlyssen inhibuisse carmine. Homerus autem Iliados libro nono.

ὠτελλω



ὄτειλν δ' ὀδυσσῆος ἀμύμονος ἀπιδίαιο  
 δὴ (ὄν) ἐπισταμένως ἐπ' αἰοιδῆ δ' αἶμα κελαινὸν  
 ἔχετον.

[ Orpheos atq; Iyram ] Commode occasione capit de-  
 scribendi Poetas à persona Orphei. Pausanias in Boeoticis Or-  
 phei uítam prolixissime profecquitur, ex quo pauca & ad institu-  
 tum nostrum apposita delibabimus. Fabulae uero Mythologi-  
 anita exponit: ὁ δὲ ὄρφνης, ἐμοὶ δοκεῖν, ἕως βρεβάλλω ἐπῶν κόσμῳ  
 τῆς πρὸ αὐτῆ καὶ ἰδίῃ μέγα ἦλθεν ἰσχύος, οἷα πιπενόμηνος θυρηκίνας πε-  
 λετὰς θεῶν καὶ ὀρνῶν ὀνοσίαν καὶ σαρκῆς, νόσων τε ἰάματα καὶ τροπῆς  
 μινιμάτων θεῶν τὰς δὲ γυναίκας τῆν θρακῶν ἐπιβουλεύην μὲν αὐτῷ θά-  
 νατον ὅτι σφῶν τῆς ἀνδραὶς ἀκολουθεῖν ἐπεισεν αὐτῷ πλανωμένῳ, φόβῳ  
 δὲ τῆν ἀνδρῶν ἔπολμαῖν, ὡς δὲ ἐκφορηθέντο οἶνῳ ἐξοργάζονται τὸ τὸ λ-  
 μημα, καὶ τοῖς ἀνδραὶς ἀπὸ τῆτον κατέστη μεθυσκομένῳ ἐς τὰς μάχαις  
 χωρεῖν. Aristophanes raris alludit ad superiora ὄρφνης μὲν γὰρ πε-  
 λετὰς θ' ἡμῶν καθεδεῖξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι. Sunt qui Orpheum de  
 caelo tactum occubuisse affirmant, ob temere deorum uulgata  
 mysteria, inter quos est Epigrammataríus Græcus.

θρηναὶ χρυσολύρω τῆ δὲ φρέα μουσαι ἔταπον  
 ὄν κτάνειν ὑμμέθων ζῆς φολόεντι βέλει.

Epigram-  
 mat. Græ.

Sunt qui eum sibi manus attulisse credant ob Eurycides desyde-  
 rium, λέγουσι δὲ οἱ θρακῆες αἰ τῆν ἀνδρῶν ἔχουσι νοσισσῶ ἐπ' τῷ ταφῶ  
 τῆ ὄρφνης πάντας ἡδίων καὶ μῆζόντι ἄγειν. Vbi legendum est ἀδειν.  
 Quæ deinceps sequuntur ex Pausania Latine reddam. Macedo-  
 nes, qui regionem Pieriam ad montis radices & urbem Dion  
 incolūt, eo in loco Orpheum uítæ finem habuisse affirmant, eun-  
 tibus enim ad montem ex Dío & uiginti stadia progressis adpa-  
 ret quædam columna à dextra, cui operculi loco hydria lapidea  
 imposita est, in hac autem hydria Orphei ossa composita esse in-  
 colæ asserunt. Ibidem flumen quoddam præterlabitur, Helicon  
 nomine, circiter stadia septuaginta quinç, quod terra absorbe-  
 tur p duo & uiginti stadia deficiens, rursusç erumpit, nomenç  
 pro Helicone Baphyre sortitur, & nauium patiens, in mare in-  
 fluit, hoc olim incolæ nusquã defecisse aiunt, sed ex eo tempore  
 quàm





COMMENT. LVD. BRASS.

quàm mulieres Tressæ Orphei sanguine imbutæ, se lustrare in eo uoluerant in terram absorptum esse, ne sua aqua Orphei cædes ablueretur. Larissæi uero teste Pausania, afferunt huiusmodi quædã quæ adscribere non grauabor. Esse in Olympo ciuitatē Macedoniae Libethran nomine, cui ille mons imminet, à qua parum distet Orphei monumentū. Cum uero Libethrii responsum accepissent à Baccho in Thracia, fore ut eorū ciuitas à sue uastaretur, si sol Orphei ossa uidisset. Pro nihilo hoc oraculum duxerunt, quippe qui nullum animal ita ualens esse arbitrarentur, quòd tantam ciuitatem subuertere posset. Dei uero numine hoc illis accidit: Pastor mediq̄ ferme die prope Orphei monumentum recubans obdormiit, cui per somnum euenit Orphei carmina adeo liquide ac suauiter modulari, ut qui in proximo pascerent aut ararent, pro se quisq̄ posthabito opere rustico ad illam cantilenam confluerent. Sic autem certatim de loco contenderent ac sese inuicem propellerent, quiuis enim proxime pastorem esse uolebant, statuam subuertunt, ita ut operculum decideret, ac frangeretur, quo factum est, ut sol Orphei ossa conspiceret, & sequenti nocti Deus maximam aquarum uim è cælo demisit, & Sus torrens (eo enim quidam inter Olympi torrentis nomine est) inundatione mœnia Libethriorum conuellit, ac deorum ædes hominumq̄ mansiones demolitus est, hominib9 ac animalibus ad unum omnibus suffocatis, abolitis Libethrijs, Macedones, qui Diū incolūt Orphei ossa ad se transtulere. Hæc ferè Pausanias in Boeoticis, ut Boeotice, id est, crassa & pingui Minerua reddidimus. ¶ Cum Iyra diuulsum caput] Paulo aliter ac Virgil. in 4. Georgicon, & Ouidius in 10. Metamorphoseos. ¶ Lesboum stupuit uulgus] Ita enim scribit Phocles, ut testantur Græcæ Gnomologia.

τὸ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλῆ καὶ χαλκῷ τῆμον, οὐτίκα δ' ἔπι  
 εἰς ἄλλα θρηϊκίῳ ῥίψαν ὄρον χέλι.  
 κύκλω καρτήνασαι, ἵν' ἐμποροῖοντο θαλάσῃ  
 ἀμφω ἄμα γλαυκῶς τεγγόμεναι ῥοδίοις.

ταῖς



τάς δ' ἰδρῆ λίσβω πολιὴν ἐπέκελσε θάλασσαν.  
 ἤχη δ' ὡς λίγυρῆς πόντον ἐπέχε λύρα.  
 νήσω τ' αἰγαλοῦσ' ἀλιμιρέασ', εἴδα λίγυραν  
 αἰδρῶσ' ὄρφεω ἐκτόριζαν κεφαλῶν  
 ἐν δ' χέλω τύμβω λιγυρῶν θέσαν, ἢ καὶ αἰαυδῶσ'.  
 πέφρασ', καὶ φόρκου πιπρὸν ἐπειθεν ὕδωρ. &c.

¶ Improbus hanc stulte &c] Lucianus in commentariolo ad indoctum ita scribit: ὅτε τὸν ὄρφεα διαπάσαντο αἱ θράηαι φασὶ τὴν κεφαλῶν αὐτῶ σὺν τῇ λύρα τὴν μὲν ἄδουσαν θρῆνον τῖνα ὑδὶ τῶ ὄρφεϊ, ὡς λόγος, τὴν λύραν δὲ αὐτῶ ἔσπληεν, τῶν ἀνέμων ἐμπιπόντων ταῖς χορδαῖς, καὶ ἔτω μετ' ὡδῆς προσενεχθῆναι τῇ λίσβω καὶ ἐκφύεσ' αἰετὸν λαμβάνουσ', τὴν μὲν κεφαλῶν κατὰ θαλάσσαν, ἵνα πῶρ τὸ βακχεῖον αὐτοῖς ὄσῃ, τὴν λύραν δ' ἀναθῆναι εἰς τὴν ἀπόλλωνος δ' ἰδρῶν, καὶ ὑδὶ τῶ λύρα σώζεσθαι αὐτῶ, χρόνῳ δὲ ὑστερον νεανίον τὸν τῶ πιπρῶν τῶ τυραίνῃ ταῦτα ἔσπληεν τῆς λύρας πυνθανόμενον ὡς ἐκλήθη μὲν τὰ θῆρα καὶ φύτα ἐλίθοισ', ἐμυθώδει δὲ καὶ μετὰ τῶ ὄρφεως σύμφωρον, μήτενος ἀπῆομένῃ πρὸς ὄρωτα τῶ κτήματος ἐμπροσθεν, καὶ διαφθείραντα τὸν ἰδρῶν μετὰ γάλοις χημάσι πείσαν ἔσπληεντα ἔτόραν ὁμοίαν λύραν, δοῦναι αὐτῶ τὴν τῶ ὄρφεως λαβόντα δὲ μετ' ἡμῶν μὲν ἐν τῇ πόλει χρῆσθαι ἐκ ἀσφαλῆσ' ὄσθαι εἶναι, νύκτωρ δὲ ἔσπληεν κόλπον ἔχοντα μόνον προσελθεῖν εἰς τὴν προάστειον, καὶ προσχεισάμενον κρῆφν ἢ ζωταράτην τὰς χορδας ἀπεχρον, καὶ ἄμουσον νεανίσμον ἐλπίζοντα καὶ μέλη τῖνα διαπάσαντα ἔσπληεν τὴν λύραν, ὑφ' ὧν πάντας καταδελξῆν, καὶ κηλήσειν, καὶ μακάριον ἔσεσθαι, κληρονομήσαντα τῆς ὄρφεως μουσικῆς, ἄχρι δὲ ζωελθόντας τῶ κῆμασ' πρὸς τὸν ἦχον, πολλοὶ δ' ἦσαν αὐτόθι, διαπάσαντα αὐτὸν. ¶ Illa recepta polo] Vide Higiniū.

<sup>a</sup>Quin, & Pellæi quondam præfaga triumphī

<sup>b</sup>Delicuit sudore sacro Libethris imago.

Tantus honor Getico fuit, & post funera uati.

<sup>c</sup>At tu, qui merito dulcem cratera magistro

Obtuleras, uolucris penetrans in secula fama

H

Cantan



Cantando trahis helysios Musæe minores.  
 \*Contra autem indocilem nimis excecatur alumnum  
 Immemoremq; Linus uocat, ingratumq; laborum.  
 Amphitryoniaden, qui quondam triste perosus  
 Doctoris magni imperium, ueneranda rebelli  
 Contulit ora lyra, & clamantem plurima frustra,  
 Tendentemq; manus, obtestantemq; peremit.  
 Heu non ista piæ meritum sibi præmia linguæ.  
 †Iam Methymnæum uatem Delphine reuectum,  
 †Iam Tamyram cantu doctas anteire sorores  
 Fretum, mox citharæ damnatum, & luminis orbum.  
 Quis nescit? Princeps idem (ni uana uetustas)  
 Ad faciles Venerem inlicitam conuertit Ephebos,  
 †Insignemq; sacro tulerat certamine palmam  
 Tertius, hoc etenim Cirrhæus honore Philammon,  
 Claruit ante pater, sed Cres præuenerat ambos  
 Chrysothemis, †nam Demodoci uiuacior æuo  
 \*Fama Meletæis gaudet iuuenescere chartis,  
 Et tua Neritias inuito pectine menfas  
 Qui celebras, etenim ut stellas fugere undiq; coelo  
 Aurea cum radios Hyperionis exseruit fax,  
 Cernimus, & tenuem uelut euanescere lunam.  
 Sic ueterum illustres flagranti obscurat honores  
 Lampade Meonides, †Vnum quem Dia canentem  
 Facta uirum, & sæuas æquantem pectine pugnas.  
 Obstupuit, prorsusq; parem confessus Apollo est  
 †Proximus huic autem, uel (ni ueneranda senectus  
 Obstiterit



Obstiterit) fortasse prior canit arma uirumq;  
 Vergilius, "cui rure sacro, cui gramine pastor  
 Aſcræus, Siculusq; simul ceſſere uolentes,  
 "Quem non tabifico mordax attingere liuor  
 Dente queat, liuor tandem & Sandalion auſus  
 Carpere, cum dominam aſſeruit ſua forma Dionem.

a ¶ Quin & Pellæi] Plutarchus in Alexandro ita ſcribit: ἐπεὶ δὲ ὤρμησεν πρὸς τὴν στρατείαν, ἄλλα τε δοκεῖ σημεῖα πρὸ τῆς δαυμόνεως, γέπεισθαι καὶ τὸ πῶδι λείβηθρα τῆς ὀρφείως ζόανον, ἡ δὲ κυπρίηινον, ἰδρῶτα πολλῶν ἔσθ' τὰς ἡμέρας ἐμείνας ἀφῆκεν, φοβερῶν δὲ πάντων τῶ σημεῖον, ἀριστάνδρος ἐκέλευε διαρρεῖν, ὡς αἰοιδίμοιο καὶ ἀδριβοήτης κατὰ γαστέρον πρᾶξις, αἱ πολλῶν ἰδρῶτα καὶ πόνον ὑμῶσι ποιηταῖς ἑμουσικοῖς πρᾶξις. b ¶ Delicuit] Ita Ouidius libro 4. Metamorphoseon, Pro Sudauit: Protinus imbutum cœlesti nectare corpus Delicuit, Philostratus etiã scribit, Cyrum Persarum re gem cum in Odrysios exercitum moueret, ibidem oraculum Orphei consuluisse, & responsum accepisse: τὰ ἐμὰ ὦ κῦρε σὰ. Sicut enim Orpheus à mulieribus interfectus est, ita Cyrus à Massagetarum regina. c ¶ At tu cui merito dulcem. &c.] Musæi poetæ complures fuere. Suidas duos Musæos uetustissimos fuisse testatur, alterum Eleusinium Orphei discipulum tempore Cæcropis secundi, qui filio Eumolpo ἔσθ' Ἰήκας, id est, institutiones carmine conscriptas reliquit. Alterum Thebanum Thamyrae filium, qui etiam ante Troianum bellum uixit. Laertius aliter libro 1, cuius uero sit Hero. & Læandri Pœma etiam docti dubitant. d ¶ Cratera] Seruius libro 6, in hæc Virgilij, Musæum ante omnes, medium nam plurima turba. Hunc habet, atq; humeris extantem suspicit altis. Inqt. Primum carmen ad Orpheum præceptorem quod Cratera adpellauit scripsit. Suidas Cratera Orpheo ipsi uel Zopyro tribuit. Cæterum uaria est doctorum opinio de his Orphæi poema

Philostratus  
 tus  
 Musei poetæ complures  
 res.

Crater Musæi



COMMENT. LVD. BRASS.

**Varia do-** **tijs**, quæ extant. Pausanias de hymnis ita sentit: ὅς τις δὲ ποδὶ  
**etorum opi** ποιήσεως ἐπολυπραγμόνησεν ἢ δὴ τῶν ὀρφέως ὕμνους οἶδεν ὄντας, ἕμισον τε  
**nio de Or-** αὐτῶν ἰδίῃ βραχύτατον. Ἐὶ δὲ σύμπαν δὲ ἐς ἀριθμὸν πολὺν πεποιημένους  
**phei poe-** λυκομήδου δὲ ἰσασι τε καὶ ἐπάδουσι τοῖς δὲ φησὶν ὅτι κῶστω μὲν δὴ τῶν  
**matijs que** ἐπῶν δὲ ὑποδεία φέροντο αὐτῶν μὲν ὁμήρου γὰρ τοὺς ὕμνους, πρῆξι δὲ ἐν τῷ  
**extant.** θεῶν, καὶ ἐς πᾶσι τῶν ἐκείνων ἔχουσι. Liber de lapidibus ex argumento  
 Orphei esse videtur, hunc de herbis etiam scripsisse Plinius re-  
**Liber Or** fert libro 25. cap. 2. Argonautica quæ circumferuntur sunt alte-  
**phei de la** rius Orphei Crotoniatae, qui cum Pisistrato tyranno uixit fami-  
**pidibus.** liariter, Cic. lib. 1. de nat. deorum. Orpheum poetam docet Ari-  
 stoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorei  
**Orpheus** ferunt cuiusdam fuisse cerdonis, quo in loco perperam legitur  
**de herbis** cerdonis, cum sit Cercopis legendum ex Suida, οἶδὲ κέρκωπος τῷ  
**scripsit.** πυθαγορείου. ¶ Contra autem indocilem &c. De Lino Isme-  
**Argonauti** ni loquitur, Pausanias enim duos fuisse Linos affirmat, primū  
**ca sunt Or** Vraniae & Amphimari Neptuni filium, qui ab Apolline ob in-  
**phei Croto** signem in Musica excellentiam trucidatus est, eius morte etiam  
**niatae.** exteræ & barbaræ nationes ita commotæ sunt, ut Aegyptij lu-  
**Locus Cie** gubrem cantilenam linū uocent, cuius Homer. in Clypeo Achil-  
**ronis emen** lis meminit.  
**tatus.** τῶσι δ' αὖ μέσοισι παῖσι φόρμυγι λιγίην  
 ἰμῶρον κινάειρε, λίνον δ' ἔπειθ' ἐκάλον ἄφθεν.  
**Duo Lini.** Hunc Thebis sepultum affirmant, cuius ossa Philippus in Ma-  
**Orpheus se** cedoniam pertulit, rursusque Thebas transtulit somnio admoni-  
**pultus.** tus. De altero & de quo Polit. agit, sic subdit. λέγεται δὲ καὶ δὴν ἀ-  
 ποικίλῃ τῷ δὲ θεαίῳ ὡς τῷ λίνου τούτου γένετο, ὑπερον ἔτος λίνος κα-  
 λούμενος ἰσμηνίου καὶ ὡς ἡρακλῆς ἐπιπαῖς ὦν ἀπέκτεινεν διδάσκαλον μου-  
 σικῆς ὄντα. Sic Plistoclor. in Plauti Bacchidibus: Eia nunc esse e-  
**Diodorus** go opinor Hercules, tu autem Linus. Copiose Diodorus Sicu-  
**Siculus.** lus libro 4. Bibliothecæ. Hi nullos uel sus fecisse, aut non ad po-  
 steritatem transmisisse teste Pausania feruntur. Athenæus libro  
 8. de Alexidis Lino pulchra adducit. ¶ Iam Methymne  
**Arion.** um] De Arione loquitur, notissima est historia ex Gellio &  
 Ouidij Fastis. ¶ Iam Tamyram] Homerus in Catalogo  
 de Dorio loquens.



αὐτὸ μὲν αἰδοῦμαι τὸν θεοῦ παῦσαι αἰδοῦμαι  
 οἰχαλίην δὲν ἴοντα πρὸς δὲ ῥυτὸ οἰχαλίην  
 σὲντο γὰρ διζήμενος νικησέμεν, εἶπερ αὐτὰ  
 μουσα ἄδουσι κούραι διὸς ἀγνόχοιο  
 αἱ δὲ, χορροσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ αἰδοῦμαι  
 δεσποσίω ἀφέλοντο καὶ ἐκλέλαδον κίθαριςιν.

Fuit filius Philammonis & Arsiæ Nymphæ πρῶτος ἀρξάμενος  
 ὄραν ἀρξένων. Ira etiam Suidas & Lucianus. Ouid. tum retulit  
 ad Orpheum inuentum huius detestandæ καταπυρρῶν. Ego ta-  
 men ad liberalem amorem refero, quo etiam Socrates adolescen-  
 tes ingeniosos complexus est.

Ille etiam Thracum populis fuit autor amorem

In teneros transferre mares.

Et Phanocles de Orpheo.

τὸν μὲν βισονίδες κακομήχανοι ἀμολοχιδεῖσαι  
 ἔκτανον δὴν φάσγαναι θεξάμεναι  
 ὄνενα πρῶτον ἔδειξεν εἰς θεῖοσιν ὄρωτας  
 ἀρξένωσ, ἔδὲ πόσοι ὤνεσε θαλυτόρων.

Stattius libro Thebaïdos 4. fermè Homeri ita interpretatus  
 est carmina.

Dorion hic fretus doctas ante ire canendo

Aonias, multos Thamyris damnatus in annos

Ore simul cytharæ.

Damnatus cytharæ. Horatius : Damnatusq; longi Sisyphus  
 Aeolides laboris. Pausanias in Phocicis Icona Thamyræ iam  
 oculis priuatί γραφικῶς depingit, & præterea alibi. [Insi-  
 gnemq; sacro tal. &c.] Sequentes tres uersus possunt his Pausa-  
 niæ uerbis commodissime enarrari. In Phocicis enim, ubi Del-  
 phici oraculi mentionem fecerat subdit. ἀρχαιοτάτων δὲ ἀγωνισμῶν  
 γενέσθαι μνημονθούσῳ, καὶ ἐφ' ᾧ πρῶτον ἀθλα ἔθεσαν, ἄσαι ὕμνον  
 εἰς τὸν θεόν, καὶ ἦσε ἢ ἐνίκησεν ἄδων χρυσόδεμος ἐκ κρήτης, ἔδῃ ὁ πα-  
 τὴρ λέγεται καρμανῶρ καθῆραι ἀπόλλωνα, χρυσόδεμος ὕπερον Οἰ-  
 λαμμωνάτε ὡδῆ μνημονθούσῳ νικῆσαι καὶ ἐπ' ἐκείνῳ θάμυριν τὸν Οἰ-  
 λαμμῶν



COMMENT. LVD. BRASS.

λάμμωνος, & quæ de alijs sequuntur. Certamen enim hoc fuit ante alia certamina constitutum. Ita Plutarchus in commentario de Musica: δὴ καὶ ἐπιλάμμωνα τὸν ἀδελφόν, λιπῶς τε καὶ ἀρπύμεδος καὶ ἀπόλλωνος χυεσιν πρῶτον πῶδ' ὅ ἐι δελφοῖς ἰδρὸν σῆσαι.

Demodocus  
cantor.

¶ Nam Demodoci uivacior ævo] Demodocum antiquissimum cantorem Homerus poemati suo tanquam Vlyssis ætate uixisset inseruit. Odysseæ enim θ. inducit eum Veneris & Martis adulterium historiamque equi Duratei recitantem.

κῆρυξ δ' ἐπύθεν ἦλθεν ἄρσων δριήρον ἀοιδὸν  
Δημοδόκον, λαοῖσι πεπρωμένον.

¶ Fama Meletæis] Tibul. Possè Meletæas nec malle mittere chartas. ¶ Et tu Neritias] Homerus Odijss. 1.

κῆρυξ δ' ἐν χερσὶ κίθαριν ποδὶ καλλία δῆκε  
φημίω ὅς ῥ' ἦθε πρὸ μνηστῆρσιν ἀνάγκη.

Phemius  
Homeri in  
terpres.

De quibus uersibus sic Herodotus: ἀπέδωκε δὲ καὶ φημίω τῷ ἑαυτῷ διδασκαλῶν σοφεία καὶ διδασκαλίαι ἐν τῇ ὀδυσσεΐα.. Phemius enim Critheida Homerū in utero habentem compressum Meonis uxorem duxit, & Homerum liberalibus studijs instituit, teste Plutarcho. ¶ Etenim ut stellas] Extat Leonidæ Tarentini in Homerum hoc Epigramma, ad quod alludit Politianus.

Leonidæ  
Tarentini  
in Homerū  
Epigramma.

ἄστρα μὲν ἢ μαύρωσε καὶ ἰδρὰ κύκλα σελιώης.  
ἄξονα δινήσας ἔμπυρος ἥλιος  
ὑμνοπολοῖ δ' ἀγέληδὸν ἀπὸ μάλδων ὄμιρος  
λαμπρότατον μουσῶν φέπος ἀναχόμενος.

Hos uersiculos ita reddidimus.

Astra quidem obscurat & sacrae cornua Lunæ  
Excudit auricomus Sol ubi ab axe Iubar.  
Sed uates superat simul omnes diuus Homerus,  
Præluces claram Pieridum faculam.

Sic ueterum illustres. Theocritus in Thalyssis:

καὶ μουσῶν ὄρνιθες ὅσοι ποτὶ χῖον ἀοιδὸν  
αἰτίαι κηκνύζοντες ἐπώσια μοχθίζοντι.

¶ Vnum quem Dia canentem] Vulgatum hoc testatur apud Græcos Epigramma.

ἀοιδὸν





ἤφθον μὲν ἑτῶν ἐχέουσα δὲ δεῖος ὄμπερος.

Epigram-  
ma Graecū

¶ Proximus huic autem &c.] De Virgilio loquitur.

¶ Cui rure iacro] Ita etiam in Manto:

Namq; Syracusījs cum uix assurgat auenis,

Hesiodum premit, & magno contendit Homero.

¶ Quem non] Liuorem pro Momo posuit, sicut Leporem

alibi pro Suada siue Pitho. Ouidius: Laudaret faciem liuor q̄q̄.

Philostrati epistola ad uxorem de Momo sic: ὁ μῶμος τῆν μὲν

δολῶν ἔδεν ἔφη τῆς ἀφροδίτης αἰτιασαδαι, τί γὰρ αὖ καὶ ἐμέμψατο. εἰ δὲ

μονὸν διαδραίνην ἔφη, ὅτι φύξοι αὐτῆς τὸ ἔπος δὴ μοι καὶ λίαν εἶν λέλον

καὶ τῶν φόφω ὀληρὸν, & quæ sequuntur. Habuit autem Virgili-

us suos obtrectatores Carbilium pictorem, qui contra Aenei-

da scripsit. Peronem, qui contra Bucolica. Herennium Petilium

Faustinum, Q. Octauium Anitum, qui eius furta annotarunt,

Contra hos Ascon. Pedian. Virgilij defensionem scripsit. Cor-

nificius uero ob peruersam naturam eum non tulit, homo ἀκροῖο

νῆτος καὶ αἰλαίπιος. Et Anser, qui Antoni partes sequutus est.

Nec mirum, urget enim fulgore suo qui prægrauat artes intra

se positas.

Obtrectato  
res Virgilij  
Asconio Pa  
dianus Vir  
giliij defen  
sor.

¶ Excipiunt gemini procul hos, longeq; sequuntur

Qui septem Cadmæa uocent ad moenia reges.

¶ Hunc Phœbea Claros, Cumæa Neapolis illum

Protulit. hic elegis etiam tua funera Lyde

Flet pios, herois ille audax uersibus effert

Magnanimum quoq; Pelidem, hic deniq; magni

Instar habet populi pendentem ad uerba Platonem.

¶ Ille etiam syluis partum sibi prædicat aurum.

¶ Excipiunt gemini procul hos] Homero & Virgilio re-

liquos poetas Epicos subiungit, & Latinos cum Græcis instar

πρᾶμιλλον committit. In primis Antimachum cum Statio. An-

timachi





*Antimachi  
Gres.* timachi tres fuere Poetae, primus de quo agimus Colophonius Hyparchi filius, discipulus Panyasidos Poetae & Stesimbroti. Alter Heliopolitanus ex Aegypto, q̄ multis uersibus τὴν κοσμοποιίαν absoluit. Tertius cognomento Piteas dictus, quod familiares suos conuitijs aspergeret, cuius meminit Aristoph. in Acarnensibus.

*Antimach  
us Thebai  
de scripsit.*

Ceterum Antimachus Thebaidos libros scripsit, testis Strabo & Sophoclis interpres, in quibus eum Statius noster imitatus est, adeo ut nullam ferme Poematis genus extet, in quo nostri homines Graecos exprimere dubitarint. Ennius Homerum, Euripidem, ac Euhemerum: Lucretius, Empedoclem, Democritum, Heraclitum: Catullus Callimachum: Virgilius Homerum, Hesiodum & Theocritum: Varro Attacinus Apollonium, & Valerius Flaccus, Horat. Pindarum & alios Lyricos: Statius Antimachum, Martialis & Ausonius Epigrammaticos Graecos. Antimachus in hoc Poemate ualde insurgit ac tumet. Inde Catull.

*Latini poe  
tae Graecos  
imitati.*

At populus tumido gaudeat Antimacho. Et Quintilianus in Antimacho uis & grauitas, & minime uulgare dicendi genus, & Plutarchus in Timoleonte. Spartianus adducit libros catacrianos Antimachi obscurissimos, sunt qui legunt contracriticos. <sup>b</sup> [Hinc Phœbea claros] De Antimacho Colophonio loquitur. Hunc Ouidius clarum appellat poetam, ut paulo post ostendemus. Hic elegis etiam tua funera Lyde flet pius. Perinde ac Varro Attacinus ob Leucadiae amorem epicam grauitatem elegiaca suauitate commutauit. Ita Antimachus sese ad Elegiam scribendam demisit ob mortem uxoris Lydes. Hinc Ouid. libro 1. Tristium.

*Spartianus  
in Aelio.*

Nec tantum clario Lyde est dilecta poetae,  
Nec tantum Coe Battis amata suo.

*Antimach  
us Colopho  
nius.*

Plutarchus in Paramythico ad Apollonium, ἐχρήσατο τῆ ποιῶντι ἀργῆ ἢ ἀντίμαχος ὁ ποιητὴς ἀποθανόντος ἢ γυναικὸς αὐτοῦ Λυδῆς πρὸς τὴν φιλοσοφίαν ἔειχε, πρᾶμύθια τῆς Λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγίαν τὴν καλουμένην Λύδην. In eo enim opere comparatione aliarum multum de suo dolore diminuit. Hermesianax apud Athenaeum Lyden Antimachi meretricem fuisse testatur, & forsan bene, nam

*Hermesia  
nax.*

nam



nam & ipse Colophonius fuit teste Nicandri interprete. Sic Hermesianax.

λυδῆς δ' ἀντίμαχος χυσιπιδος ἐκ μὲν ὄρωτος  
πληγῆς, πακτωλοῦ ρῦμα ἐπέβη ποταμοῦ,  
δαρδάνω δ' ἰανουθεν, ἔποξεραὶ δέ το γαῖαν,  
καλλίον ἴζαον δῦθεν ἀποπελολιπῶν.  
ἄκρην ἐς κροφῶνα, γῶν δ' ἀνεπλήξατο βίβλωις,  
ἱρὰς ἐκ πάντος πανσάμηνος καμῶτον.

De Antimachi poematis librū scripsit Dionysius Phaselites, ut testantur Græci commentarij. Ex quibus uersibus eum non solum Lyden, sed etiam Dardanen amasse adparet, de qua etiam Paramythicon scripsit. [Ille audax uersibus effert] Statij Achilleidos libros intelligit, de quibus ipse Syluarum libro 4. tanquam nondum absolutis loquitur.

Dionysij Phaselitæ liber de Antimachi poematis.

Et primis meus esse metis

Hæret Achilles.

Statij Achill. libri nondum absoluti.

[Hic denique magni instar &c.] Cicero in Bruto siue de claris Orat. Nec enim dicere posset Demosthenes, quod dixisse Antimachum clarum poetam ferunt, qui cum conuocatis auditoribus legeret eis magnum illud quod nouistis uolumen suum, & eum legentem omnes præter Platonem reliquissent, legam inquit nihilominus, Plato enim mihi unus instar est omnium. quo in loco Cicero de Thebaide Antimachi loquitur. Plutarchus in Lyfandro: ἀντίμαχον δὲ τῷ κολοφονύς, καὶ νικηράτου τίνος ἥραε κλέωτου, ποιήμοισι λυθῶνδρα διαγωνισαμένων ἐπ' αὐτῶ, τὸν νικηράτον ἐσεφάνωσε, ὃ δὲ ἀντιμάχος ἀχρεαδεῖς ἠφάνισε τὸ ποίημα. πλάτων δὲ ὁ νῆϑ, ὢν τότε, καὶ θανμάζων τὸν ἀντίμαχον ἰδὼ τῆ ποιητικῆ βαρῆως φρόντα πλὴν ἦσαν, ἀνελάμβανε, καὶ πῆρεμυθεῖτο, τοῖς ἀγνοοῦσι, κακὸν εἶναι φάμηνος πλὴν ἀγνοίαν, ὡσπερ πλὴν τυφλότητα, τοῖς μὴ βλέπουσιν. Quo magis minor Suidam scribere Antimachū ante tempora Platonis uixisse. [Ille etiam Syluis] Statius à Domitiano Cæsare aurea corona donatus est, hinc Statius libro Syluarum quarto.

Cic. de Thebaide Antimachi.

Sæpe coronatis iteres quinquennia lustris,

Statius.

I

Qua





COMMENT. LVD. BRASS.

Qua mihi foelices epulas, mensæq; dedisti  
 Sacra tuæ, talis longo post tempore uenit  
 Lux mihi, Romanæ qualis sub collibus albæ  
 Cum modo Germanas acies, modo Dacia sonantem  
 Prælia, Palladio me tua manus induit auro.

Ecce alij primo tentatum remige pontum  
 Palladiumq; ratem, tabulasq; dedere loquaces.  
 Quorum Threicio personam primus ab Orpheo  
 Accepit genitus Miscelli gente salubri,  
 Alter Alexandri Nilotidas abnegat arces  
 Exosus natale solum, tumidamq; colosso  
 Solis & irriguam pluuiis Rhodon expetit auro,  
 Huius in Ausonio uestigia puluere Varro  
 Pone legit linguæ haud opulens, ut barbara Narbo  
 Ut quem paruus Atax Latiae transcripserat urbi.  
 Atq; idem imparibus proprios exponit amores  
 Leucadiamq; suam numeris, succedere magno  
 Aruncæ quondam frustra conatus alumno.

Poete Ar-  
 gonautici.

Argo Fati-  
 dica.

Apollonius

Ecce alij primo] De poetis Argonauticis, quorum pri-  
 mus fuit Orpheus Crotoniates, alter Apollonius Rhodius, ex  
 nostris Varro Atacinus, & Valerius Flaccus, Setinus. Tab-  
 ulasq; dedere loquaces] Apollonius de Argo fatidica sic li-  
 bro 4. Argonauticon.

αὐτίκα δ' ἄφνω  
 ἴαχεν, αἰδομένην εἰσὸπῆ μέσσην δέοντων.  
 αὐδὴν εἰ λαφύρῃ νῆος δόρυ:

Meminit Seneca in Medea. Ipsaq; uocem perdidit Argo.  
 Fertur enim à Pallade Carinae Argonautis lignum ex quercu  
 Dodonea impactum, quod quandoq; uocem humanā edebat.

Quorum Threicio] Orpheus Crotoniates, qui primus  
 Argo-



Argonautica scripsit, personam ab Orpheo Thracensi mutuatus est, qui cum Argonautis in Colchos uectus est. Quamuis Apollonij interpres in primum Argonauticam Philammonem fuisse scribat. ¶ Accepit genitus Myscelli] De Crotone loquitur quam Myscelus condidit, de quo Strabo libro 8. Geographiæ ἐκ δ' τῆν ἑυπῶν τῶ μύσκελος ὁ κρότωνος οἰκητής. Locupletius uero Aristophanis interpres in Nebulas: μυσκέλος γὰρ φασι χρησμόν δὲ θῆναι κτίζειν πόλιν ὅπου αὐτὸν ἴδ' αἰθείας ὑψὸς λάβη ὅδε ὡς ἐκ αὐτῶν πότε τῶ αὐτῶ κτιθῆσεσθαι πόλιν ὅτι δ' ἀδύατον τῶ χρημῶ, πρᾶξι μῶν δὲ αὐτῶ πῶδ' ἰταλίαν καὶ ἀμνηχανοῦτος πῶδ' ἰταλίαν, παρακίσαθεν τῶ παλακίσα δακρυῖν ἐπ' αὐτῶ ὄδυρο μῶν καὶ πῶ λῶ εἰληφέναι τὸ χρησίαιον, ὅτι δ' ὄδυρος ἐκτισε τῶ πόλιν. ¶ Gen te salubri] De aeris clementia apud Crotoniatis Strabo libro sexto. ¶ Alter Alexandri] De Apollonio Alexandrino loquitur, qui Callimachi Cyrenæi fuit discipulus. Filius autem Sillei, fuit successor Eratosthenis in conseruanda Bibliotheca Alexandriae, uixit sub Ptolomæo Euergete, de quo in nostro Pammetro, quod de Græcorum poetarum uitis diuerso carminum genere informauimus. ¶ Nilotidas abnegat arces, exo sus natale solum] Strabo διοτύσι δ' ὁ θράξ καὶ ἀπολλωνί δ' ὁ τῶς ἀργοναύτας ποιήσας ἀλεξανδροῖς μὲν ἐκαλεῶντο δ' ῥόδιοι. Interpretes Apollonij eum ea ratione Rhodum petiisse affirmant, quod edito Argonautarū Poemate parū laudis assequutus fuerat, quamuis deinde redierit, & Bibliothecæ Alexandrinæ præfectus fuerit, ut iam ostendi. Cur autem Ibis à Callimacho dictus sit deinde uidebimus, scripsit etiam κτίσι ἀλεξανδροῖας, ut autor est Nicandri interpres. ¶ Tumidamq; Colosso] De Colosso Rhodio authores copiose scribunt. In primis Strabo in 14. Plinius & Pausanias. ¶ Solis & irriguam &c.] Homerus in Catalogo. καὶ σφίσι δεσπέσιον πλῆστον κατέχευε κρονίων. Didymus. ἴσθηται γὰρ ὅτι τοῖς ῥοδίοις χρυσὸν ἔβρεξεν ὁ ζῆς, ἐπεὶ πρῶτοι γυνομένη τῆ ἀθηνᾶ ἔθυσαν. Sic Strabo libro 14. Geographiæ uersum hunc Homeri interpretatur ex Pindaro. ¶ Huius in Ausonio] Varro Atacinus primus apud Latinos Argonautica scripsit, imi

Orpheus  
Crotonias  
tes primus  
Argonaut.  
scripsit.

Aristoph.  
interpres.

Apollonius  
Alexandri  
nus.

Pammetro  
tron Brassi  
ani de poetis  
Græcis

Colossus  
Rhodius



Varro Atacatus ut diximus Apollonium. Hinc Quintilianus libro 10.  
 cinus primus Atacinus Varro in his per quæ nomen est assequutus, inter  
 Argo seri pres operis alieni non spernendus quidem, uerum ad augendâ  
 ptor. facultatem dicendi parum locuples. Sic Statius lib. Syluarû 2.  
 Statius. Et qui per freta duxit Argonautas.

¶ Ut barbara Narbo] Sequitur iudicium Pici Mirandulæ  
 de ingenijs Gallicis, de quo Crinitus. De Atace uero & Narbo-  
 ne sic Strabo libro 4. ubi de Gallijs ait: ἡ μὲν ναρβων ἑσθέρκειται  
 τῶν τῶ ἀτακος ἐκβολῶν, καὶ τῆς λίμνης τῆς ναρβωνίτιδος, μέγιστον ἐμ-  
 πορείον ταύτη. ¶ Idem etiam imparibus] Amatorias enima  
 Elegias de Leucadia amica scripsit. Propertius libro 2.

Varro Ata-  
 cini amato-  
 riæ Elegia.

Hæc quoq; perfecto ludebat Iafone Varro  
 Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.

¶ Succedere magno] Post Lucilium enim Satyras scribe-  
 re aggressus est Varro Atacinus, Horat. Sermon. libro pri-  
 mo, Satyra 10.

Varro Ata-  
 cinus Saty-  
 ras scripsit

Hoc erat experto frustra Varrone Atacino  
 Atq; quibusdam alijs.

Vadiani  
 error.

Ita Politianus in præfat. in peristernem, quamuis ibi mendose Ci-  
 tarinus pro Atacino legatur. Vadianus in Geograph. sua in-  
 ter Romanum & Atacinum Varronem errore manifesto non  
 distinxit, uterq; enim scripsit Satyras.

<sup>a</sup>Nam te flacce <sup>b</sup>sinu sulcantem cærulea pleno  
 Heu iuuenem cursu excussit mors sæua priusquam  
 Æsonides Pegasus, patriam reuectus lolcon.  
<sup>c</sup>At tibi Dædaleos monitus Heliconie uates  
 Qui sequeris, neq; uentosis in nubibus alas  
 Expandis, neq; serpis humi, sed præpete lapsu  
 Ceu medium confine teris, quo carmine dignas  
 Addiderim tandem, quouë ore, aut pectore laudes?  
<sup>d</sup>Scilicet huic patrijs pecudes in uallibus olim

Seruant



Servanti, cunctæ sese indulgere uidentas  
 Aonides, laurumq; uiro uocemq; dedere,  
 Qua superum caneret stirpem, præceptaq; morum,  
 Descriptosq; dies operum, clypeumq; tremendi  
 Herculis, & ueteres diuum genus Heroinas.  
 Ergo & Chalcidico uatum certamine quondam  
 Retulit auritum tripodæ, & (si uera minores  
 Audimus) cantu magnum quoq; uicit Homerum.  
 Moxq; dolo extinctummersumq; ad littora tristis  
 Delphinum uexere chorus, nec defuit index  
 Turba canum, medioq; darent qui corpora fontum  
 Mersa mari, & meritam placarent mortibus umbram,  
 Ossaq; fatali tellus Minyæa sepulchro  
 Nunc habet, annosæ conspectu inuenta uolucris.

¶ Nam te Flacce sinu] Valerium Flaccum quidam Seti- *Valerius*  
 num ex Campania, quidam Patavinum esse arbitrantur, ut Mar *Flaccus*.  
 tialis lib. 1. Epigrammatum.

O mihi curarum precium non uile mearum  
 Flacce Antenori spes & alumne laris.

*Martialis.*

¶ Sinum Sulcantem cærule pleno] Refertur tam ad operis  
 argumentum quam ad dicendi grauissimam rationem, hic an-  
 tequam institutum Argonauticæ opus absolueret immatura  
 morte præreptus occubuit. Hinc Quintil. lib. 10. In Val. Flac- *Mors Vale*  
 co multum nuper amissimus. Paulo ante Quintil. mortuus est, *rij Flacc.*  
 dedicauit autem Vespasiano hoc opus. ¶ At tibi Dædaleos]  
 DE HESIODO. Quintilianus Hesiodum in medio dicendi  
 genere palmam assequutum esse scribit. ¶ Scilicet huic pa-  
 tris] Ita enim de se scribit in principio Theogoniæ.

Αἰνυμένω ἠοίοδον καλῶ ἰδίδαξαν αἰοιδῶ

*Hesiodus.*



COMMENT. LVD. BRASS.

αἴνας τριμαίνονθ' ἐλικῶνος ἔσθ' ἀθέοιο. Et rursus.  
καὶ μοι σκῆπτρον ἔδων, δάφνης ὄριθ' ἡλέθ' ὄζον  
σφίλασαι δεικτὸν, εἰ ἐπνυθῆν δὲ μοι αὐδὴν  
δείλω, ἵνα κλέοιμι τὰ τ' ἐσόμενα, πρὸ τ' ἰόντα.

Opera Hesiodi.

Et hoc eo pertinet, Laurumque uiro uocemque dedere, de qua re & Eusebius. [Qua superum] Recenset opera Hesiodi Theogoniā, quam Plato in Cratylo Genealogiam uocat. Quintil. in 1. cap. 2. adducit etiam Hesiodi ἔσθ' ἀθέοιο, id est, præcepta morum, quo allusit hic Politianus ὄρα καὶ ἡμῶρας, Aspidem & Catalogum illustrium Heroinarum in libris quinque, ita testatur Lucianus in disserta. Plutarchus de claris mulieribus, Pausanias & Suidas, scripsit & alia. Epicedium in Batrachum eius amasium, de Dactylis Idæis Pausanias in Boeoticis diuersas de Hesiodi libris affert opiniones. Boeotos enim inquit affirmare certo Hesiodum, præter τὰ ὄρα nihil scripsisse aliud, & rursus: ὅτι δὲ καὶ ἑτέρῳα κεχρησμένη τῆς πρὸ τῶρας, ὡς πολὺν τινὰ ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσῃ, εἰς γυναῖκας τὰ ἀδόμενα, καὶ ἄς μεγάλας ἐπινομάζουσιν ἰοῖα, καὶ θεογονίαν, τε καὶ ἐσ τὸν μαντίν μελάμβροτα, καὶ ὡς θῆσεως εἰς τὸν ἀδὴν ὁμοῦ πειρίθω καταβαίη. πρᾶϊνεσις τε χείρωνος, ἰδί διδασκαλία δὲ τῆ ἀχίλλεος, καὶ ὅσα ἰδί ὄροις τε καὶ ἡμῶρας, οἷδ' αὐτοὶ ἔπι λέγοντο καὶ ὡς μαντικῶ Ἡσίοδος διδασχρῆη πρᾶ ἀκαρναίων, καὶ ὅτιν ἐπὶ μαντικῶ ὁπόρα τε ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἰζηγήσεις ἰδί πῶραςιν. Citat etiam Strabo libro Geograph. 7. Hesiodi opus de terræ ambitu. Et Plinius citat Astrologiam libro 18. cap. 25. quam Theon Arati interpres ἀστρικῶ βίβλων uocat. Quod uero μέγα λος ἰοῖασ operi cuidam suo titulum fecit, arbitror de eius puella intelligendum quæ ἰοῖη adpellata fuit, teste Hermesianacte poeta. Athenæus libro 17.

Hesiodi opus de terræ ambitu. Astrologia Hesiodi. Eosa puella Hesiodi.

Athenæus

φημὶ δὲ καὶ σοιωτὸν ἀποπελιπόντα μελάθρων  
Ἡσίοδον πάσης ἡρανὸν ἰσοείης  
ἀσπραῖον ἐσκέδαται ἔχον ἐλικωνίδα κάμιν  
εἴδεν, ὃ γ' ἠοιλῶ μνώμενος ἀσπραικῶ  
πολλὰ ἔπαθεν πάρας δὲ λόγων ἀνεγράφατο βίβλων.

Alias ἰοῖη significat hoc tempus, quod est ab aurora ad meridiem usque



usq; Homerus παῖσαν δ' ἠοίω μείομεν πεπλήσσι θυμῶ. *M. Manili- M. Manili-*  
 us libro 2. Astronomicon à principio. Proximus illi Hesiodus. *us.*  
 Ergo & Chalcidico uatum certamine] Amphidamas *Amphida-*  
 Eubœæ rex in Chalcide quōdam Agona Musicum insti- *mas.*  
 tuit, in quo Hesiodum tripodem donatum & Homerum uicisse  
 (iudicio Amphidamantis eiusq; liberorum & Panidis fratris,  
 hinc Prouerbiū πάνιδος ἥφρος, de inepto iudicio) hæc testa- *Prouerbiū.*  
 tur inscriptio.

ἠσιόδου μούσας ἐλικώνισι πῶ δ' ἀνέθηκε

ῥυμῶ νικησας ἐχέλικιδι δεῖον ὄμηρον.

Hesiodus posuit Musis hunc tripodem, quando

Diuinum cantu dum in Chalcide uicit Homerum.

Pausanias in Phocicis testatur etiam certamen Musicum fuisse

Delphis, in quo λέγεται δὲ καὶ ἠσιόδου ἀπελαθῆναι τὸ ἀγωνίσματος.

ὅπερ καὶ θαυμάσιον ὁμοῦ τῆ ὠδῆ διδραμοῖον. *¶ Moxq; dolo] Pau-*

sanias in Boeoticis & Suidas tradunt Antiphum & Climenum

Ganyctoris filios occidisse Hesiodum noctu. Sororem enim

eorum corrupisse falso ferebatur, ex qua etiam Stesichorum

poetam Lyricum natum asserunt. Thucidides libro 3. scribit eū

in templo Iouis Nemæi ab incolis trucidatū. *¶ Mersumq;*

ad littora] Sunt qui Amphiphanem & Ganyctorem Phygisei

filios Hesiodum interemisse, & in pelagus præcipitasse ferunt,

quod Ctemenen eorū sororem corrupisse existimabatur. *¶ Tri-*

stis Delphin] Tertio enim quam interemptus fuerat die Del-

phini cadauer Hesiodi ad littus Locridis deduxere. Plutarchus

Symposio copiosissime profæquitur. *¶ Nec defuit index.]*

Iulius Pollux scribit Onomast. libro 9. οἱ δὲ ἠσιόδου πᾶ ἀμείναντες

αὐτῶ ἀναιρεθέντι, κατὰ λέξαν ὑλακῆ εὖ φονεύσαντας. Et Plutarchus *Iulius Pollux.*

de industria animalium sic. *¶ Ossaq; fatali] Pausanias*

paulo post in Boeoticis subdit: κατὰ δὲ ξαθάαι δὲ φασὶν ἕπως τὸ ἠσιό *Pausaniase*

δου τὰ ὄσα νόου κατὰ λαμβανέσσης λαιμώδους καὶ ἀνθρώπων καὶ τὰ βο

σκήματα, ἀποσέλλουσι δεωρὸς πρὸ τὸν θεόν, τῆ τοῖς ἀποκρίνεσθαι λέγου

σὶ πῶ πιδίαν, ἠσιόδου τὰ ὄσα ἐκ τῆς ναυπακτίας ἀγαθοῦσιν ἐς πῶ ὄρ-

ρημλίαν, ἄλλο δὲ εἶναι σφίσι ἕδην ἱαμο, τὸ δὲ ἐπὶ δέσσει δαυτόρα,

ὅπου



COMMENT. LVD. BRASS.

ἔσσον τῆς ναυπακτίας αὐτὰ Ἰθυρή(ου). καὶ αὐδὶς τὴν πυθίαν εἶπεῖν, ὡς  
 μιλῶσει κερῶνη σφίσι, ἔτω τοῖς θεοπέποις ἀποβάσιν ἐς τὴν γῆν, πῶραι  
 δ' ἔπερρωτῆς ὁδοῦ, καὶ τὴν ὄρνιθα ἐπὶ τῆ πέτρα φαῖσιν ὀφθῆναι καὶ τὸ ἠ-  
 σίοδον τε τὰ ὅσα ἄρρον ἐν χηραμῶ τῆς πέτρας καὶ ἐλεγεῖα, ἰδί τῶ μιν  
 ματι ἐπεχέγραπτο.

ἄσκη μὲν πατεῖς πολυληθῖος, ἄλλὰ θανόντος

ὄσέα πλεξίππων γῆ μιννῶν κατέχει

ἠσίοδον, τὸ πλεῖστον ἐν ἐλλάδι κῦδος ὀρεῖται

ἀνδρῶν κρινομνίων ἐν βασιλῶσιν σοφίης.

Id est.

Ascra quidem patria est, sed continet ossa perempti

Qua Mīnīaia terit rura superbus eques

Hesiodi, cuius remanet nunc fama superstes

Inter spectatos dexteritate uiros.

<sup>a</sup>Nec quæ magnanimum nodosæ robore clauæ

Instruit Alciden, nullum nomenq̄, decusq̄

Conciliat sterili Pisandria Musa Canuro.

<sup>b</sup>Nec qui bis senos iterum memorare labores

Audet, & à primo uatum figmenta priorum.

<sup>c</sup>Usq̄ Chao repetit, non saltem laudibus æquet

Ascraeum, Clariumq̄ senes, <sup>d</sup>neq̄ Chalcis alumnum

Euphoriona tacet, <sup>e</sup>uaro qui personat ore

Mopsopiam, <sup>f</sup>neq̄ Tyrtæi Lacedæmona cantu

Victricem se ferre pudet, licet impare gressu

Tenderet, <sup>g</sup>adde nouis mutantem corpora formis

Parthenium, <sup>h</sup>pic̄tīq̄ notantem lumina mundi.

<sup>i</sup>Nanc̄ hoc præcipue se carmine iactat Aratum,

<sup>j</sup>Cui cor ab intonsi fax ore accensa Philini

<sup>k</sup>Vrebat miserum, quem terra Cilissa recepit,

Et portentoso celebrem dedit esse sepulchro.

Nec



¶ Nec quæ magnanimū] Is est Pisander poeta ex Camiro Rhodius, qui Heracleam scripsit. Suidas duos fuisse Pisandros scribit, alterum Camiræum, alterum Larandē. Is uero de quo nunc agimus, filius fuit Pisonis & Aristæchmæ. ποιήματα δὲ αὐτοῦ τῶν Ἡρακλέων ἐν βιβλίοις. Ἐ. ὅτι γὰρ Ἡρακλέω τὰ ὄργα, ἐνθα πρῶτος Ἡρακλῆς τὸ ῥοπαλον πῶδιπέθεικε. Proinde nodosæ robore clauæ Instruit Alciden, subdit Politianus. Et extant Theocriti elegantissimi Hendecasyllabi de Pisandro.

Pisander.

τὸν τῶ ξανὸς ὁ δ' ὑμῶν ὑὸν ἀνὴρ.  
τὸν λφοντομαίχαν τὸν ὀξύχειρα.  
πρῶτος τῆν ἐπαινῶδε μασσοφιδῶν  
πείσανδρος ξυπέγραψεν ὡν' ἀμείρα  
χ' ἔσω' ἰζεφόνασεν ἐπ' ἀέθλου.  
τῶτον δ' αὐτὸν ὁ δῆμος ὡς σάφ' εἶδης.  
ἔσασ' ἐνθάδε χάλκεον ποιήσας.  
πολλοῖς μασὶν ὀπιθε κῆνιαυτοῖς.

Theocritus

Ita Strabo in sua Geographia, καὶ πείσανδρος δ' ὁ πῶ Ἡρακλέων γράφας ποιητὴς ῥόδιος, quamuis alibi dubitare uidetur, πλάσμα τῆν πῶ Ἡρακλείων ποιησάντων, ἔτε πείσανδρος ὡς ἔτ' ὄμιος τις, De Pisandro Bellerophontis filio habes Iliad.?

¶ Nullum nomen ἔξ decus ἔξ] Fuit & alius Pisander poeta, qui sub Alexandro Mammeæ uixit, & scripsit ἱστορίαν ποικίλῳ uersibus, alia ἔξ multa καταλογάδην. ¶ Nec qui bisse nos iterum) Panyasis est

Pisander  
Poeta.

Halicarnasæus poeta Epicus, qui Heracliada scripsit secundus post Pisandrum, Pisander enim uixit Olympiade trigesima tertia bellis ingruentibus Persicis, ipse autem septuagesima octaua, fuit filius Polyarchi patruelis Herodoti. Polyarchus enim Lyxi, ex quo natus est Herodotus, frater fuit, ab Lygdamide tertio Halicarnassī tyranno interemptus. ἔγραψε, inquit Suidas, Ἡρακλέαδα ἐν βιβλίοις. ἰδ'. ἐς ἔπη θ', scripsit Heracliada in quatuordecim libris, cuius operis uersus sunt nonies mille, citatur sæpius ab Athenæo, Polluce & Stephano.

Panyasis  
Halicarnasæus poeta.

¶ Non saltem laudibus æquet] Alludit ad hoc Quintilianī Panyas in ex utroq; mistū putant in eloquendo neutrius

Scripta Panyasis.

K æquare



æquare vires, de Hesiodo & Antimacho loquens, & Suidas, ἐν τῷ ποιηταῖς τὰ ἤεται μεθ' Ὀμηρον, κατὰ δὲ τίνων καὶ μεθ' Ἡσιόδου καὶ ἀντιμαχον. Videtur enim Quintilianus eorum grammaticorū Græcorum iudicia sequutus fuisse, quæ & Suidas. [Necq; Chalcis alumnum] Euphorion Polymneri filius Chalcidensis ex Eubœa in Philosophicis studijs discipulus Lacydæ & Prytaniadis, in poeticis autem Archebuli Thyraei, cui etiam in delicijs fuisse fertur, natus Olympiade centesima uigesima sexta, quo tempore Pyrrhus à Romanis superatus est, flavus & obæsus, in firmis autem pedibus. Fertur rem habuisse cum Nitia Alexandri regis Eubœæ uxore, à qua multis opibus auctus concessit in Syriam ad Antiochum magnum regem, qui eum Bibliothecæ suæ præfecit, ibiq; obiit, & in Apamea sepultus est honorifice.

*Euphorionis* Opera Euphorionis, meminit Virgilius in Gallo.

Ibo & Chalcidico, quæ sunt mihi condita uersu Carmina &c.

Quo in loco Seruius scribit Gallum transtulisse Euphoriona Chalcidensem ex Eubœa. Et rursus in sexta Ecloga,

His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.

Et ibi Seruius, Grynæum nemus est, &c. in quo aliquando Chalcas & Mopsus dicuntur de peritiâ diuinandi inter se habuisse certamen, & cum de pomorum cuiusdam arboris contenderent numero, stetit gloria Mopso, cuius rei dolore Chalcas interiit. Hoc autem Euphorionis continent carmina, quæ Gallus transtulit in sermonem Latinum. Suidas uero aliam affert rationem, cur poemati suo Euphorion titulum fecerit Mopsopiam sic: μοφοπία ἢ ἀτακτα ἔχει γὰρ συμμιγῆς ἰσοείας, μοφοπία δὲ ὅτι ἢ ἀτακτὴ ἢ πλὴν μοφοπία ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆς ὠκεανὸς θύλακος μοφοπίας. καὶ ὁ λόγος τῆς ποιήματος ἀποτείνεται εἰς πλὴν ἀθητικῶν χιλιάδων, ἔχει δὲ ἑπτὰ δεσιν εἰς τῆς ἀποσερήθωντας αὐτὸν χήματα, ἃ παρέθετο ὡς δίκλιον ὀδῶν καὶ εἰς μακρὰν, εἶτα σώαγει διαχιλίων ἐτῶν χρησίδος ἀποτελεθέντας, εἰσι δὲ βίβλια, .ε. ἐπιγράφεται γὰρ ἡ πέμπτη χιλίασὶ τῶν χρησίδων ὡς χιλίων ἐτῶν ἀποτελουῶνται, Cicero libro 2, de Diuinat. Ille uero etiam

*Mopsopia Euphorionis.*



etiam nimis obscurus Euphorion, obscurum enim eum fuisse aiūt.

[¶ Neq; Tyrtæi Lacedæmona cantu] Tyrtæus Archim broti filius, Lacon Tibicen, & poeta Elegiacus, quidam tamē Atheniensem faciunt. Lacedæmonij enim cum sæpe diuq; dubio Marte cum Messenijs conflixissent, sanctissime adiurarunt sese extrema experturos, aut Messenijs superiores fore: eamq; ob causam oraculum consuluerunt, quibus ut acciperent ducem Atheniensium respōsum est, accepto itaq; Claudio poeta Tyr tæo Atheniēn. Messeniam in seruitutem deduxerunt. Ita Suidas & Pausanias in Messenicis scribunt, & copiose Iustinus hi- storiarum libro 3. Plutarchus in Agide de Tyrtæi uersibus sic: λεωνίδαυ μὲν γὰρ τὸν παλαιὸν λέγουσιν ἐπὶ ῥωτῆθέντα, ποῖος τίς αὐτῷ φαίνεται ποιητῆς γεγονέναι τυρταῖος, εἰπὲν ἀγαθὸς νεῶν ψυχὰς ἐκκί- λην ἐμπιπλάμενοι γὰρ ἔσθ' τῶν ποιημάτων εἰδουσιασμοῦ πρὸς τὰς μά- χας ἠφείδωσαν αὐτῶν. Eadē repetit Plutarchus in libello de indu- stria animalium, & in Apophthegmatis. Athenæus libro dē pno- sophistῶν decimo quarto: καὶ αὐτοὶ δὲ οἰλάκωνδ' εἰ τοῖς πολέμοις τὰ τυρταῖα ποιήματα ἀπομνημονδύοντες ὄρθρον κίνησιν ποιοῦνται, φι- λόχορος δὲ φησὶ κρητῆσαντας λακεδαμονίους μεσσηνίων ὄρε πλὴν τῆς ταιμον στρατηγίαν, εἰ τοῖς στρατείαις ἔδοις ποιήσασθαι αἰδειπνοποιήσον- ται καὶ παικνίσωσιν, ἀδειν καθ' εἷα τυρταίου κρήνην δὲ πολέμηρον ἢ ἄθλον δίδουαι τῶν νικῶντι κρέασ', de Tyrtæo multa Plato in 1. de legibus. Extant pulcherrimi uersus Tyrtæi in Gnomologi- is Græcis & Lycurgo Rhetore contra Leocratem. Scripsit car- mina quæ dicebantur ἐμβατήρια ἐνόπλια, uel ut uocat Suidas κ- λεμιστήρια μέλη in libris quinq; inde Horat. in arte.

Tyrtæus  
Claudus.

Plutarchus

Versus  
Tyrtæi in  
Gnomolo-  
gijs Græcis.

Tyrtæusq; mares animos in martia bella  
Versibus exacuit.

[¶ Adde nouis mutantem] Parthenius Nicenus Heraclida & Eudoræ filius Metamorphoses scripsit, ut testatur Suidas in dictione Nestor: ὄρατε δὲ μεταμορφώσεις ὡσπερ καὶ πρὸς Δένιος ὁ νικαδὸς. Is Parhenius in bello quod Sylla contra Mithridatem gessit in prædam abductus, deinde propter ingenij dexterita- tem manumissus est, uixitq; ad Tiberij Cæsaris imperium usq;.

Parthenius  
Nicenus.



## COMMENT. LVD. BRASS.

Quo magis miror Gellium grauissimum scriptorem libro 9. cap. 9. & libro 13. cap. 26. Virgiliū affirmare multa ex Parthenio desumpsisse, nisi sit ille Parthenius Chius qui Homeri nepos fuisse fertur. Sed noster ille etiam alia scripsit Elegias in Venerem (refertur enim inter Elegiacos poetas) Epicedion & Encomium uxoris Aretes & alia. Plutarchus in Parallelis adducit duos qui scripserunt Metamorphoseon libros, ὡς καλλιθένης inquit ἐδδυστὸρῶ μεταμορφώσεων, & rursus ubi de myrrha loquitur, καὶ δὲ θεώδωρος ἐν ταῖς μεταμορφώσεσσι. Præterea Metamorphoseῶν libros scripsit Nestor Larandæus pater Pisandri poetæ iunioris, testis Menander Rhetor & Suidas. Admonet me loci apud Tertullianum reuera scriptorem florentissimum ipsa occasio, qui tamē hactenus à Beato Rhenano homine doctissimo ac diligentissimo mihiq; familiariter noto non explicatus est, licet iam semel atq; iterum ex fide ueterum exemplarium sagaciq; iudicio hunc scriptorem interpolauerit, is est apud autorem, in libro cōtra Valentini. ibi Nestoris Coccetum, quod Rhenanus de scriptore quodā Nestore intelligit, nescio quo autore fretus. Respicit autem in prædicto loco Tertull. ad κυκείωνα Nestoris, quod Latini appellant Coccetū, edulij genus, ex melle & papa uere commixtum, teste Festo. Locus apud Homer. Iliad. lib λ. in his uersibus.

ἐν τῷ ῥα σφικύκησε γυνὴ εἰκὴν θεῶσιν  
 οἴνω πρέμνῳ, ἔδιδε δ' αἴγειον κνήτυρον  
 κνήτη χαλκήν ἔδιδε δ' ἄλωτα λυκά παλιν  
 πινέμεναι δ' ἐμέλδυσεν, ἐπεὶ ῥώπλισε κυκείῳ.

Aratus. <sup>h</sup> Pictiq; notantem] Aratus ex solis Cilitiæ ciuitate, quæ à Solone Lindino cōdita est, & postea dicta Pompeiopolis, oriundus est, est etiā alia ciuitas in Cypro eo nomine, filius Athenorodori & Lenodoræ, quidam Mnaseam patrem ei tribuunt, præceptoribus est usus, Grammatico quidem Menecrate Ephesio, Philosophis autem, Timone, Menedemo, Dionysio Heracliota, & Nicandro Colophenio Mathematico, non poeta, decem enim integris Olympiadibus iunior eo est Nicander poeta, uis



IN NVT. POLIT.

ta, uixit in Macedonia cum Antagora Rhodio, Persio Philo-  
 pho Atheniensi, apud Antiochum regem filium Demetrii Poly-  
 orcetæ cognomento Gonotam, & uxorem Philam filiam Anti-  
 patri, quam etiam multis Epigrammatis celebrauit. Habuit fra-  
 tres tres, Myrin, Calondam & Athenodorum. Coætaneos ha-  
 buit Antagoram Rhodium, Alexandrū Aetolum, Callimachū  
 Menandrum, Philetam, & familiariter notum Theocritū, qui  
 eius honorifice bis terūe meminit. Scripsit & alia præter quàm  
 τὰ φαινομλία, q̄ Cicero & Cæsar Germanicus transtulere, præci-  
 pue τὰ ἰατρικὰ & Epicediū in Theopropum, ea enim frequenter  
 à Græcis cōmentarijs adducuntur. Hæc autem de Arato colle-  
 gi ex Pausaniæ Atticis, Suidæ collectaneis & Theonis cōment.  
 Huius etiam uersus Cicero cum primis laudat, lib. 1. de Orato-  
 re. ¶ Cui cor ab intonsi] Hoc ostendit Theocritus Idyllio.  
 7. siue Thalysijs.

Coætanei  
Arati.

Scripta  
Arati.

ἄρατος δ' ὁ τὰ πάντα αἰλαίτατος ἀνδρὶ τήνω  
 παιδὸς ἔπὸ ἀπλάγχοισιν ἔχει τῶνον οἶδεν ἀρίστis, &c. subdit  
 ὡς ἐκ παιδὸς ἀρατος ἔπὸ σέον αἰδετ' ὄρωπι. & deinde  
 εἰ τ' ἐσάρα αἰλῖνος ὁ μαλθακὸς εἰπέπις δμῶς.

¶ Quem terra Cilissa recepit] Vbi nam Aratus sepultus  
 sit apud autores non inuenio, Theon credit eum reliquum æta-  
 tis in Macedonia consumpsisse. Quod autem celebris fuerit  
 portētoso sepulchro, id ego ad Stesichorum referendum censeo,  
 usq; dum exactius ea de re mihi constiterit. Quale uero fuerit se-  
 pulchrum Stesichorij suo loco dicemus.

Sepultus  
Aratus.

¶ Nec te quem Colophon tulerit Nicandre tacebo  
 ¶ Pæonijs celebrem studijs, qui nigra uenena  
 Prodis, & emissas serpentum fauce saliuas,  
 Tum medicam subiungis opem, prædicere finem  
 Morborum, & tacitas gnatus deprendere causas.  
 Atq; idem pia rura sonas, <sup>d</sup>dulcissima miscens

K 3 Austero





COMMENT. LVD. BRASS.

Austero figmenta operi, sed lustra ferarum  
 Scrutatur, captat uolucres, prolemq; natantum  
 Mox dat habere pio gratissimus Antonino  
 Oppianus, docti praediues honore laboris  
 Pingit, & exiguis totum Dionysius orbem  
 Terrarum in tabulis, sed non & praelia Bacchi  
 Nonnus in exigua potuit contexere tela,  
 Battiaades Hecalen sonat, & Marathonica gesta  
 Celsior assueto, causasq; aetate latentes  
 Prodit, & undeno molles pede cantat amores,  
 Et nunc ingratum tenebrosus deuouet Ibin.  
 Nunc superos celebrat, nunc tristibus ardet iambis.  
 Nunc humili premitur focco, nunc ille cothurno  
 Altior assurgit, centumq; poemata pangens.  
 Dissipat in uarios Heliconia flumina riuos,  
 Sed Tyberim dominum rerum, mundiq; potentem  
 Ambigitur, rigui ne tener Sulmonis alumnus  
 Nobilitet magis, an uero tibi Roma pudori  
 Sit potius, Getica sic semisepultus arena  
 Pro dolor, exul inops, nimium quia forsan amico  
 Lumine Caesareae spectauerit ora puellae.

Nec te quem Colophon] Nicander Colophonius fuit,  
 ut ipse testatur in fine Theriacorum τὸν ἔθρεψε κλέρου νιφόμεσσι πο  
 Nicander λίχνη. filius autem Damnaei hoc uersu : αἰνέσεις ἡκᾶ πολυμνήσ  
 Colophoni 5010 δαμναίου, quamuis Suidas eum Xenophanis faciat, uixit  
 us. tempore Attali iunioris Gallorum profligatoris, quem postea  
 Romani ultimum Pergami regem imperio exuerunt. Ita enim  
 scribit eum inuocans.

πυθρα-





πευθρανίδης, ὃς κλῆρον ἀφ' πατρῴϊον ἴχθεις.

κέκλυθι, μήδ' ἄμνησον ἀπ' ὄνατος ὕμνον δρύξης.

ἀπ' ἄλ', ἐπεὶ σέο εἴζαν ἐπέκλων Ἡρακλῆος. &c.

¶ Peonijs celebrem studijs] Fuit enim Medicus & Poeta, & deinde profequitur Theriaca & Alexipharmaca. ¶ Prædicere finem morborum] Transtulit enim in Carmen Hippocratis Coi prognostica. ¶ Atq; idem pia rura sonās] Cicero libro 1. de Oratore Nicandri Georgicorum meminit, Si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium poetica quadam facultate non rustica scripsisse præclare &c. ¶ Dulcissima miscens] Argumento nobis sunt multæ pulcherrimæ πρεβάσεις, uel in his Nicandri quæ hodie extant. Scripsit alia multa, quæ apud diuersos Græcos autores extant Melissurgica, quæ tamen ad Georgica refero, Aetolica inde eum quidam Aetolum fuisse arbitrantur, librum de poetis Colophonijs, quem citat eius interpres in Theriaca. ¶ Sed Iulstra ferarum] Oppianus Cilix ex Coryco ciuitate oriundus Grammaticus ac ἐποποιός. Vixit sub M. Antonino Pio, scripsit Alieuticῶν libros quinque, quatuor Cynegeticon, Ixeuticon duo de piscatura, uenatione ac aucupio. ¶ Mox dat habere] ἑλληνισμὸς. Cæterum Oppianus magnis beneficijs ob hæc poemata affectus est. Testatur Eusebius in Ecclesiastica historia ex epistola Sozomeni ad Theodosium Aug. quâquam Seuerum pro Antonino ponat, sic. Seuerus autem pro metrico poemate peruersum uno aureo donans Oppianum, tantum præbuit de largitate miraculū, ut aurea carmina Oppiani hæctenus apud plurimos nominentur. Suidas aut hoc ad Antoninū referēs sic scribit: ἀναγνωθέντων δὲ τῶν ποιημάτων αὐτῷ ἰδί τῷ αὐτοκράτορος, ἐδωρήσατο αὐτῷ πρὸς εἴνα σίχον ἐν μέτρῳ σαπύρα χρυσοῦν ἡγὼν νόμισμα ὡς λαβεῖν αὐτὸν ἰδί πᾶσι νόμισματος μυριάδος. .3. . ¶ Pingit & exiguis] Dionysius teste Eustathio, Afer, Suida autem Corinthius scripsit ποδμήγησιν τῆς οἰκουμένης, eius Plinius in sexto meminit. ¶ Sed non & prælia Bacchi] Nonnus Panopolitanus poeta multa scripsit, cum primis libros Dionysiacon duo de quin-

Nicander  
medicus &  
poeta.

Nicandri  
Georgica.

Nicandri li-  
ber de poetis  
Colo-  
phonijs.

Oppianus  
Cilix.

Dionysius.  
Nonnus  
Panopolita-  
nus.



COMMENT. LVD. BRASS.

dequinquaginta de rebus gestis Liberi patris in India; eosdem Aldus olim à Io. Lascari excudendos accepit, ut ipse testatur in præfatione in Hermoge. quos Politianus habuit ex Bibliotheca Medicum, dein Gigantomachiam, ut testatur illi uersus in Græcis Epigrammatis :

νόστος ἐπὶ πανός μὲν ἐμὴ πόλις ἐν Φαριήδῃ  
ἔγχει φοινικίτι γόνος ὕμνησεν γυάντων.

Est autem Panopolis Aegypti ciuitas, cuius peculiari lingua, ut testatur D. Hieronymus ad Eustochium Nonnus monachus appellatur, atq; hæc quidem à religione nostra alienus scripsit.

Callimachus

Deinde Parthenium Theologum metrica paraphrasi, ac Euangelium D. Ioannis, quod etiamnum extat, extulit. ¶ Battiades Hecalen]

Callymachus Cyrenæus Batti ac Mesatmæ filius, Strabo :

λέγεται δὲ ἡ κυρηνὴ κτίσμα Βάττης πρόγονον δὲ τῶτον ἐ-  
αὐτῷ φάσκει καλλιμάχος, quod tamen in his quæ extant non legi.

Callimachus enim suos municipales Battiadas adpellat in hymno ad Apollinem:

ὃ δὲ μὲν αὐτοῖ

ἑατηιάδου φοίβοιο πλεόν θεὸν δῆλον ἔπειρα.

Nostri tamen poetæ à patre eum sic adpellāt. Catullus : Hæc expressa tibi carmina Battiadæ. & Ouidius:

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin.

¶ Hecalen] Callimachus repræhensus ab æmulis, quod non iusta poemata scriberet, ut ipse testatur in fine superioris hymni. Hecalen & labores Thesæi in Tauro Marathonio trucidando copiosissime prosequutus est. Proinde Politianus subiungit; Celsior assueto. Hecales poematis Plinius meminit, & pleriq; Græci & Latini commentarij. libro 1. Epigram. de Callimacho Crynagoras sic:

αἶδει δ' ἐκάλις τε φιλοξείνοιο καλίην,  
καὶ θησεῖ μῦθα θῶν ἑὸν ἐπέθηκε πόνου.

Et Petronius Arbiter:

Petronius  
Arbiter.

Qualis in Actæa quondam fuit hospita terra  
Digna sacris Hecale quam Musa loquentibus annis,  
Battiadæ uatis uiuēdo tradidit æuo.

Reli





IN NVT. POLIT.

Reliqua ex Miscell. pete. ¶ *Causasq; ætate latentes*] τὰ αἰτια  
παια intelligit quorum meminit Martialis:

Nec te scire iuuat ætia Callimachi.

In his autem libris causæ rituum diuinorum, cæremoniarum,  
superstitionumq;, tam de dijs quàm heroibus & semideis trade-  
bantur. Sic libro 3. Epigrammatum:

τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηναι, ἅτ' ἑπάρως ἀνερθεῖσιν  
ἀμφίτε ἀθανάτω, ἀμφίτε ἡμῶν  
ὅτε μὲν ἐκ λιβύης ἀειράσθ' εἰς ἑλικῶνα,  
ἡγάγεσσι μουθεῖς πεεῖδεσσι φέρων,  
αἰδέ, οἱ εἰρομνῶ ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων  
αἴτια καὶ μακάρων, εἶρον ἀμοιβόμναι.

Epigram.  
Græca.

¶ *Et undeno*] Eius enim amatorij Hendecasyllabi passim  
à comment. Græcis adducuntur. ¶ *Et nunc ingratum*] Ita

Suidas: ἰβίς ὅστις ἐπὶ ἡμῶν ἐπιτηδευόμενον εἰς ἀσάφειαν καὶ λαισθείαν  
εἰς πῖνα ἰβὶν γινόμενον ἐλθρόν τῷ καλλιμάχῳ, ἡ δὲ ἔτος ἀπολλωνίου ὁ  
γεγράφας τὰ ἀρξοναύτικα. Et Ouidius.

Utq; ipse historijs inuoluam carmina cæcis.

Cui autem Ibin eum adpellarit uidendum censeo. Ibis enim *te* Apollonius  
ste Strabone 17. ἡ μὲν ῥά τ' αὐτὸν δ' ἡ ἰβίς πελαργώδης μὲν κατὰ σχῆμα Ibis appella-  
καὶ μέγεθος. διττὴ δὲ πῶν χροῖαν, ἡ μὲν πελαργώδης, ἡ δ' ὅλη μέλαινα, tus cur.

μεσὴ δ' αὐτῶν ἀπαρτ. τελειοδὸς ἐν ἀλεξανδροῖα. Apollonius autem in-  
gratus non tam præceptorij quàm patriæ merito hoc nomen sor-  
titus est, præcipue cum per ignominiam nomen uolucris spur-  
cissimæ, qua patria, quàm tum auersabatur, erat refertissima fer-  
re cogeretur.

¶ *Nunc superos celebrat*] Hymnos intelligit  
comœdias & tragœdias, quas autores Callimacho tribuunt.

¶ *Centumq; poemata pāgens*] Ita enim de eo interpres scri-  
bit: ἔγω δὲ γέγονεν ἐπιμελέσειτας ὡς γεγραμῶν μὲν ποιήματα εἰς πᾶν μέ-  
τρον, σωτάξαι καὶ κατὰ λογάδην, πλείστα καὶ ὅστιν αὐτῶ τὰ γεγραμ-  
μῶνα βιβλία ἑσθρτά.ω.

¶ *Dissipat in uarios*] Elegans ὁμῶ  
ροῖα, & ad rem adposita.

¶ *Ille nouas primo facies transformat ab æuo.*

L Ille





## COMMENT. LVD. BRASS.

Ille cupidineas uersu canit impare flammās:  
 Inuoluitq; nouum dubijs ambagibus Ibin.  
 Vel dat amatricum dictatas ore tabellas.  
 Vel miser exilium cygneo gutture deflet.  
 Temporaq; & causas Romani digerit anni.  
 Vel memorat pisces, & adhuc ignara Latinis  
 Nomina, uel cœlo labentia computat astra,  
 Et replet astrictas diuerso epigrammate chartas,  
 Consutum quoq; Syrma trahit, suspendit & unca  
 Nare malos, (quorum nunc omnia plena) poetas,  
 Indulgens tamen usq; sibi, nam præditus acri  
 Nimirum ingenio, faciem putat esse decoram  
 Carminis, inspersus maculet quam deniq; neuus.

**Ouidij opa** <sup>a</sup> Ille nouas primo] Ouidij opera recenset. <sup>b</sup> Vel me-  
 morat pisces] τὰ ἀλιεπικὰ innuit, de quibus Plinius libro 3 2.  
 cap. 2. Mihi, inquit, uidentur mira, & quæ Ouidius prodidit pl  
 scium ingenia in eo uolumine, quod Alieuticon inscribitur.  
<sup>c</sup> Et adhuc ignara Latinis nomina] Idem eodem libro cap. 2  
 His adijciemus apud Ouidium posita nomina, quæ apud nem  
 nem alium reperiuntur, sed fortassis in Ponto nascuntur, ubi  
 id uolumē supremis suis temporibus inchoauit. fragmenta quæ  
**G. Logus.** dam eius operis à Georgio Logo poeta cultissimo nuper inuen  
 ra. <sup>d</sup> Vel cœlo labentia] Ouidius etiam Phœnomena scri  
<sup>e</sup> **Ouidij Phœ** pfit, quorum Lactantius libro 2. meminit. <sup>f</sup> Et replet adstria  
**nomena.** ctas] Epigrammata Ouidij adducunt, Quintilianus, Martia  
 lis, & Priscianus. <sup>g</sup> Consutum quoq; Syrma trahit] Pollux  
**Epigram.** libro 4. inter uestes Tragicas non recenset δὲ σέρμα, σερτόν uero  
<sup>h</sup> **Ouidij.** muliebrem uestem, quam etiam duplicem facit, & diuerso colo  
 re distinguit, adpellat σέρμα ἀπὸ τῶ σέρειν trahere, unde Horat  
 in arte: Traxitq; uagus per pulpita uestem.

Pollux



75.  
 Pollux libro 7. *σύμμα δ' ὄσι φημὸν φορήμα ἐπισυρόμενον.* Vfus autem est hic *σοτικῶς* pro tragœdia. Iuuenalis Saty. 15. Quanquā omnia Syrmata uoluas: Nullus apud Tragicos popul9 facit. Ouidij duas Tragœdias. Ouidius autem scripsit duas Tragœdias, quarum alterius Medæ scilicet, Tacitus & Quintilianus, Seneca, ac ipsemet honorifice meminerūt. Vtriusq; uero Tertullianus in libro qui de præscriptione hæret, inscribitur. Deniq; Ouidius citra Medeam, Tragœdiam ex Virgilio plenissime expressit, adeo ut hic de illa non autem de Medea loquatur, quanq; Polit. aliter in Miscell. sentiat. Ouidius enim ex Virgilij uersibus quartum Aeneidos librum in Tragicum Drama redegit, quod ipse uel his uersibus ubi de Virg. loquitur sensisse uidetur.

Et tum ille tua foelix Aeneidos author

Contulit in Tyrios arma uirumq; uiros

Nec legitur pars ulla magis de corpore toto

Quam non legitimo foedere iunctus amor.

¶ Suspendit & unca] Quintil. libro 6, ubi de risu agit sic, ut Ouidius ex tetrasticho macri carmine librum in malos poetas composuerit. ¶ Indulgens tamen usq; sibi] Seneca.

¶ Iam senior triplici uates, qui corde superbit

¶ Meonides Italis (ni fallunt uisa) secundus

¶ Bella horrenda tonat, Romanorumq; triumphos,

¶ Inq; uicem nexos per carmina digerit annos.

Arte Rudis, sed mēte potens, parcissimus oris.

Pauper opum, fidens animi, morumq; probatus,

Contentusq; suo, nec bello ignarus, & armis.

¶ Quem rudijs ortum rigidi quæstura Catonis

Ad septem geminas iuuenem deduxerat arces.

¶ Mox comes armorum Fului, qui sanguine partas

Scilicet haud dubitat latijs sacrare camœnis



COMMENT. LVD. BRASS.

Exuias dedit Aetholis hostilia campis  
 Corpora multa neci, longe gratissimus idem  
 Scipio magne tibi, & Calabris uicinus in hortis  
 Virtute emeritis, cuius gentile sepulchrum  
 Mox tenuit, nullo patiens sua funera fletu  
 Produci, laetusq; uirum uolitare per ora.  
 \*Præterea tragico boas ampullosus hiatu.  
 †Comica lasciua proscœnia laxat lambo.  
 ††Exponit Satyros, ††Latioq; Euhemeron infert.  
 ††Et modo reprensus deflorans carmina Næui.  
 ††Carmina quæ quondam Fauni, uatesq; canebant.

Ennius.

¶ Iam senior triplici] De Ennio agere incipit, Is enim Lucretio teste primus amœno detulit ex Helicone perenni fronde coronam, triplici corde, & hoc propter linguam Græcam, Oscam, & Latinam. ¶ Meonides secūsus] Persius Satyra 6. Cor iubet hoc Enni postquâm destertuit esse Meonides, quintus pauone ex Pythagoreo. Horat. Epist. secund. Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus, Ut Critici dicunt, leuiter curare uidetur, Quo promissa cadant & somnia Pythagorea. Cicero libro 2. Academicarū & de Somnio Scipionis. ¶ Bella horrenda tonat] Horatius. Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Profiluit dicenda. Et Propertius: Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila, Regiaq; Aemilia uecta trophaea rate, Victricesq; moras Fabij, pugnamq; sinistram Cannensem & uersos ad pia uota deos &c. ¶ Inque uicem] Annales intelligit, quorum iam ætate confectus





IN NVT. POLIT.

fectus duodecimum scripsit. Annales autem Ennii Imp. Adrianus super omnia poemata laudauit. Descriptionem Ennii quae sequitur ex Gellij libro 12. cap. 4. pete. ¶ Quae Rudis ortu] Silius Italicus libro 12.

Hispidata tellus

Miserunt Calabri, Rudiae genere uetustae.

Vnde Aufonius in Monasyll. eum Rudinum adpellat. Strabo

libro 6. Ἰδι ρωδαίων πόλεως ἐμλιώδους ἢ ἢ λῶ ο ποικίτης ἐννιῶ.

¶ Rigidus quæst. &c.] Cicero in Thufculanis lib. 4. ¶ Mox comes armorum Fuluij] Cicero in oratione pro Archia, Longe gratiss. idem Claudianus de Scipione.

Harebat doctus lateri, castrisque solebat

Omibus in medias Ennius ire tubas, &c.

¶ Et Calabris] Ouid. libro 3. de arte.

Ennius emeruit calabris in montibus ortus

Contiguus poni Scipio magne tibi.

Idem testatur Plinius libro 7. cap. 30. Mortuus est ut Cicero de senectute testat, annos natus LXX. Scipione & Philippo iterum consulibus, contentus ut Eutropius scribit unius ancillae ministerio. ¶ Nullo patiens] Cicero in Thufculanis. ¶ Prae Ennij Tra

terea Tragico] Scripsit enim Ennius Tragoedias Euripidem gædia. plerumque sequutus, ut testatur Cicero libro 1. de finibus, & Gellius copiose earum titulos citat, & Nonius frequentissime.

¶ Comica lasciuo] De comædijs loquitur. ¶ Exponit Sa Ennij Saty tyros] Ennius scripsit Satyras contra luxum Romanorum, mo ræ.

minit Apuleius in 2. Apologia pro Magia, quo magis miror Lucilium quosdam primum eius carminis autorem fuisse asserentes. ¶ Latioque Euhemeron infert] Cicero libro 1. de nat. deorum, ab Euhemero inquit mortes & sepulturae monstrantur deorum, & apud Varronem libro 1. de re rust. Itaque id apud Ennium solum scriptum esse scio in Euhemeri uersis libris longe omnium copiosissime. Lactant. libro 1. instit. Fuit ex Messa-

na Siciliae. ¶ Et modo reprehens] Næuius ante Ennium uixit uetustissimus poeta, Horat. Næuius in manibus non est &c.

Næuius uetustiss. poeta

L 3 Hunc



## COMMENT. LVD. BRASS.

Hunc Ennius licet contemptū imitatus est, quosdā flosculos ad institutum suum decerpens. Cicero de claris Orat. de Næuio loquens, tamen illius quem in uatibus & Faunis enumerat Ennius bellum Punicum quasi Myronis opus delectat. Sit Ennius sane, ut est certe, perfectior, qui si illum ut simulat contemneret, non omnia bella prosequens, primum illud Punicum acerrimū bellum reliquisset, sed ipse dicit cur id faciat, scripsere inquit, alij rem uersibus, & luculente quidem scripsere, etiam si minus quàm tu polite. Nec uero tibi aliter uideri debet qui à Næuio uel sumpsisti multa si fateris, uel si negas surripuisti. Vbi *ἀμύκων* orationē Brutus ad Ennium conuertit. <sup>p</sup> [Deflorans] Apuleij uocabulum pro flores delibans. <sup>q</sup> [Carmina quæ quondam] Is uersus est Ennij ut citat Varro de lingua Latina libro 6. Versus quos olim Fauni uatesq; canebant, & citat Cicero in Oratore, & in superiore loco. <sup>r</sup> [Fauni uatesq;] Eiusmodi uersus Saturnij dicebantur, Horatius.

Sic horridus ille

Numerus  
Saturnius.

Deflexit numerus Saturnius.

Acronis ex  
roro.

Vbi Acron *ἀκρόως* delirat, & multo magis in arte. Syluis deduceti caueant me iudice Fauni, ubi etiam de Saturnijs uersibus loquitur. Quales fuerint Saturnij illi uersus ostēdit Asconius in 2. Verrina, & Terentianus de metris. Nos saltem accuratum lectorem admonemus.

Mox gemet ipse suo natas in littore conchas  
 Præcultum purgare fimo, & sibi ferre Maronem,  
 Sed quanquam in primis docto Verona Catullo  
 Gaudet, uulnificos elegis qui miscet lambos,  
 Et sub adoptiuum redigit te Clodia nomen,  
 Parturit & fortem forti quoq; carmine Achillem,  
 Atq; urbis procures multo sale defricat audax.  
 Cæsareæq; notas, & inurit stigmata fronti,

Non nihil



Nonnihil Aemilium tamen hæc quoque iactat alumnū  
Texentem tenui macrum subtegmina filo.

¶ Dum uolucres numeris, dū gramina pingit & angues,  
Nec qui Philtra bibit, nimioque insanus amore,  
Mox ferro incubuit, sic mentem amiserat omnem.]

Vt non sublimi caneret Lucretius ore  
Arcanas mundi causas, elementaque rerum  
Doctus, & Arpino tamen exploratus ab ungui.

LVCRETIVS.

¶ Scilicet & ueteres naturam pandere Grae  
Carmine tentarunt celebri, ceu maximus ille.]

¶ Aerisonas pedibus qui quondam inductus Amiclas  
Insiluit Siculi rapidum cratera camini.]

¶ Et cui de uocum tenebris cognomina fienti  
Addita, quosque alios studio sapientia dulci  
Implicuit, cecinitque diu memoranda uetustas.]

¶ Mox gemet] Hoc refert Donatus de Virgilio. ¶ Sed  
quand] De Catullo notissima refert. ¶ Et sub adoptiuū]  
Ita enim Apuleius. ¶ Parturit & fortem] Poema Catulli, *Catullus.]*  
cui Argonautica titulum fecit innuit, scripsit Catullus & alia  
quorum Plinius & Terentianus meminere Argonauticon, ita  
meminit Tibullus:

Sic etiam pro te doctus Minoi Catullus.  
¶ Caesareaque notas] Extant enim adhuc Catulli Iambi  
in Caesarem atrocissimi. Reconciliatus tamen est Caesari uni-  
ca inuitaciuncula, Suetonius testis. Aemilius Macer Veronen. *Aemilius*  
multa scripsit, quæ hic recenset Politianus. ¶ Et uolucres] *Macer.]*  
Scripsit enim Oruithogoniam, cuius meminit Seruius libro 1.  
Georgicon. Ouidius libro quarto tristium:

Sæpe suas uolucres legit mihi grandioræuo

Quæque



COMMENT. LVD. BRASS:

Quæc̄ nocet serpens, quæ iuuet herba Macer.

Scripsit etiam πρᾶλφπόρηνα ab Homero uti apud Græcos Q. Calaber. Ouidius libro 2. de Ponto.

Tu canis æterno quicquid restabat Homero,

Ne careant summa Trogica bella manu.

Et rursus libro secundo Elegiarum.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem

Primaç̄ iuratis in diuis arma uiris.

Præterea Macer etiam dictus fuit Iliacus, Ouid. Eleg. ult. libro ultimo de Ponto:

Iliacusç̄ Macer, sidereusç̄ Pædo.

Scripsit etiam ea quæ ante iram Achillis acciderunt, per spacium nouenni. ¶ Nec qui philtia bibit] Lucretius is est. Hac de eo in libris temporum referuntur, eius opus in sex libros diuisum extat. Varro tamen in libro 4. de lingua Latina sic: Aqua bipar

*Lucretij opus a M. Tullio emendatum*

rita diuisione (de coelo loquens) Lucretius suorum unius & uiginti librorum initium fecit, adeo ut credam Ciceronem Lucretium in eum librorum ordinem & paucitatem redegisse, in qua habemus. Certo enim constat, Lucretium à Cicerone emendatum fuisse. ¶ Scilicet & ueteres] Hoc recenset Plutarch. in

*Empedocles.*

Commentario πρὸ τῶν ἐκκλησιῶν χρησέων, sic, πρὸ τῶν μὲν εἰ ποιήμασιν ἰξέφθρον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ αὐτὸν λόγον ὡσπερ ἱστοδοῦς, καὶ πρὸ μνησῆς, καὶ ξενοφάνης, καὶ ἐμπεδοκλῆς, καὶ Πυθαγόρας.

¶ Ceu maximus ille] De Empedocle loquitur, qui iuxta Horatium Laertiumç̄ sese uiuum in ardentem Aetnam coniecit, affectas eo nomine immortalitatis opinionem. Lucretius: Quo rû Acragantinus cum primis Empedocles est. Meminit Quint. libro 1. cap. 5. ¶ Aerifonas pedibus] Empedocles eo super

bia deuenit, ut per omnem ætatem suam Siciliae ciuitates obierit, indutus ferreis calciamentis, aurea ornatus corona, alias manu quoq; gestans Apollinis instar. Senex uero iam sese noctu in Aetnam coniecit, eiusç̄ rei signum dedit, per Sandalia ferrea quæ flammæ eiecerunt. ¶ Amyclas] Suidas ἀμύκλαι πόσιον

πὸ πόρ εἰ ποσὶν εἶχεν ἐμπεδοκλῆς. Pollux libro 7. meminit Amyclarum



clarum, sed non pertinet ad hoc calciamenti genus. ¶ In silu  
 it rapidi] Quidam tamen asserunt Empedoclem laqueo sese  
 praefocasse, ut testatur illud Laertij libro octavo: *δημόκριτος δὲ  
 ὁ φοιζήντι ἐν τῷ κατὰ Θουκυπιδῶν βιβλίῳ φησὶν αὐτὸν κατ' ὄμηρον  
 ἀχάμενον βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῦ κρανείης,  
 αὐχέν' ἀποκρεμάσαι. &c.*

Locus Ouidij explicatus.

Hinc locus Ouidij in Ibin illustratur, à Domitio Chaldarino ma  
 le intellectus.

Utue Syracusio praestricta fauce poetae  
 Sic animae laqueo sit uia clausa tuae.

Fuit enim Empedocles Sículus, ex Acragante, nec potest refer  
 ri ad Theocritum, ut Domitius uoluit. ¶ Cratera] Quid  
 sint crateres, explicat Lucretius lib. 6. ubi de Aetna loquitur.

In summo sunt uertice item crateres, ut ipsi

Nominant, nos quas fauces perhibemus & ora.  
 Alioqui est salientis aquae conceptaculum praeter uulgarem si  
 gnificationem. Plin. lib. 5. epistolarum: in hoc fonte crater circa  
 Syphunculi plures miscent suauissimum murmur. Empedo  
 cles autem scripsit: *δὲ ἐπὼν ποδὶ φύσεθ' τῶν ὄντων βίβλια. γ.*

Heraclitus σκοτεινός

¶ Et cui de uocum] Heraclitus is est σκοτεινός dictus, multa  
 Laertius & plerique alij.

<sup>a</sup>Emicat Hesperio trifidum ceu fulmen ab orbe,  
<sup>b</sup>Qui uix puber adhuc, rudibusq; tenerrimus annis  
 Haemonios iterat currus, auroq; repensum  
 Hectora, tartareasq; domos, <sup>d</sup>dirumq; Neronem,  
<sup>c</sup>Orpheaq;, & meritae peragit praekoniam Pollae.  
<sup>f</sup>Lasciuitorq; iocis, ac torrens uoce soluta  
 Dulichias aequare niues & fulmina tendit,  
 Quanta Pericleo lepor intorquebat ab ore,  
<sup>e</sup>Mox tonat ardenti Pharsalica praelia cantu,

M Aegy





## COMMENT. LVD. BRASS.

Aegyptiꝫ nephas, primo uix flore genarum  
 Conspicius, toruo quem protinus ore secundum  
 Respexit, captæ uix ausus fidere palmæ  
 Vergilius, <sup>b</sup> sed iniqua bonis Rhamnusia tantis  
 Heu decus hoc orbi inuidit, ne uindice ferro  
 Affereret miseras incesto à principe terras,  
 Tum foelix tamen, ò iuuenis (nam conscia pœnam  
 Corda leuant) foelix inquam, licet ille cruentum  
 Rugiat, & truncas desiccet sanguine uenas  
 Fronte minax, diræꝫ instinctus uerbere matris  
 Macte animo, non te ò uates Parnasside lauru,  
 Ne quicquam Deus, & cithara dignatus honore est. <sup>1</sup>

<sup>a</sup> ¶ Emicat Hesperio] Lucani uitam describit, quam copio  
 se Sulpitius prosequutus est. <sup>b</sup> ¶ Qui uix puber adhuc] Sic  
 Statius libro secundo.

Ac primum teneris adhuc in annis  
 Ludes Hæctora, Thessalosꝫ currus,  
 Et supplex Priami potentis aurum.

<sup>c</sup> ¶ Tartareasꝫ domos] Sic Statius:  
 Et sedes referabis inferorum.

<sup>d</sup> ¶ Dirumꝫ Neronem.] Alludit ad incendium urbis, cuius  
 autor Nero fuit. Statius:

Dices culminibus Remi uagantes  
 Infandos domini nocentis ignes, &c.

<sup>e</sup> ¶ Orpheaꝫ] Idem.

Ingratus Nero dulcibus Theatris  
 Et noster tibi præferetur Orpheus.

Cum enim Nero Niobem sese recitaturum promitteret, Luca-  
 nus Orphea ex tempore recitauit, coronaꝫ donatus est. Qua-  
 re Imperatoris inuidiam sibi conciliauit, de quo ipse ita testa-  
 tur. Or-



IN NVT. POLIT.

cur. Orpheus ingrati stimulus liuorꝝ tyranni. ¶ Et meritæ peragit] Staius in eodem loco.

Tu castæ titulum decusꝝ Pollæ Iucunda dabis allocutione.

Eius enim uxor fuit Polla Argentaria, deinceps Statio nupta.

¶ Lasciuicꝝ iocis] Scripsit em Saturnalia & Syluas. ¶ Ac torrens uoce soluta] Stat. Et iunctæ pede uocis & solutæ, dam nauit etiam oratione sua Octauium Sagittam, qui Pontiam cõ foderat. ¶ Mox tonat] Staius.

Mox cœpta generosior iuuenta, Albos ossibus Italis Philippos, Et Pharfalica uella detonabis.

¶ Aegypticꝝ nephas] Idem. Et Pelusiaci scelus Canopi Deflebis pius &c.

i ¶ Toruo quem] Lucanum sua ætate Virgilio cõpararunt, & ipse quoq; in quadam præfatione ætatem, & initia sua com parās, cum Virgilio ausus est dicere, & quantum mihi restat ad culmen, quo allusit etiam Staius.

Hæc primo iuuenis canes sub æuo Ante annos culicis Maroniani.

¶ Sed iniqua bonis Rhamnusia] Hæc Cornelius Tacitus pulcherrime libro Augustæ histo. prosequitur.

¶ Post hunc Sidoniæ damnat periuria gentis

¶ Emeritosꝝ foro musis tandem asserit annos

Silius, Aufonio qui quondam fulgidius Ostro

Expulit horribilem, uitaꝝ, aulaꝝ tyrannum.

¶ Ipse obiit plenusꝝ æui, natoꝝ superstes

¶ Aspera congenito fixus uestigia clauo,

¶ Antaceam Bassum grauido tua dona ferentem

Vespasianæ sinuꝝ & fantem Sicula arma seuerum

SYLIVS ITALICVS

M 2 AUC





COMMENT. LVD. BRASS.

Aut te Sidonias repetentem Pontice Thebas?  
 \*Aut Pelusiaci missum de plebe Canopi  
 Pulchra suum, quem nunc Florentia iactat alumnum,  
 Gaudentem Stigio dominam iunxisse marito.  
 Magnanimiq; uagos ducis ostentare labores?  
 'Aut te Niliaca relegendem sydera cura.  
 "Bis uates Manli, & Babylonia signa sequentem?  
 "Quosq; sibi æquæuos puro uocalior ore.  
 Nequa laboranti incumbant obliuia famæ  
 Naso refert, queruli tangens confinia Ponti?  
 °Et qui Smyrnæis poterat contendere plectris  
 Valgius, ut tersi memorat pia Musa Tibulli?

Silius Itali-  
cus.

<sup>a</sup> [Post huc Sidonia] Is est Silius ex Italica Hispania, qui  
 libros Punicorum descripsit. Martialis: *quarto epigramatum*  
 Sili Castalidum decus sororum,  
 Qui periuria Barbari furoris  
 Ingenti premis ore perfidosq;  
 Fastus Hannibalis leuesq; Pœnos,  
 Magnis cedere cogis Africanis. &c.

[Emeritosq; foro] Fertur enim Silius primum causas a-  
 critasse, deinde sese ad mansuetiores Musas contulisse, in utraq;  
 enim scribendi facultate par fuit, diligens & Ciceronis & Vir-  
 gilij imitator. Vt scribit Plinius iunior copiose in epistolis, &  
 Martialis libro 11.

Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis,  
 Iugera facundi qui Ciceronis habet,  
 Hæredem dominumq; sui tumulicq; Iarisq;  
 Non alium mallet nec Maro, nec Cicero.

*Silius rex consul*

[Ausonio Ostro] Fuit enim consul ter, sub eius ultimo co-  
 sulatu mortuus est Domitianus tyrannus. <sup>d</sup> [Ipse obiit]

Maior





IN NVT. POLIT.

Maiores <sup>75. annos nat.</sup> em septuagenario fuit. ¶ Natoq; superstes] Cuius meminit Martialis libro 9. ¶ Aspera congenito] Mortuus est ex atrocissimo clavi cruciatu, uti copiose testatur Plinius. Quis autem hic sit morbus sic Pollux libro uigesimo quinto: ἡλως, συστροφῆ τυ λρόθης πδολφδρῆς ὕπωχρθ ἡλοιθῆς ὅτι αἰωθεν μεν δρῶεται πδλ δὲ πλὴ σάρκα ἀποσενδται μάλιστα πδλ τὰ ἴχνη, eo morbo confectus fuit etiam doctiss. uir Ianus Pannonius. ¶ An taceam Bassum] Cornel. Tacit. in libro de claris Oratoribus refert Saleium Bassum ex liberalitate Vespasiani dono accepisse quingenta sestertia. Fuit poeta Epicus, Celsus uero Bassus, cuius Persius meminit, Lyricus fuit superiori Synchronus. ¶ Seuerus] Multa de hoc Seneca & Quintilianus. ¶ Aut te Sidonias &c.] prius enim Thebaidem descriperat Antimachus, ut supra memini, de hoc sic Propertius libro primo.

Ianus Pannonius clauo morbo confectus.

Cum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ  
Armaq; fraternæ tristitia militiæ.

¶ Aut Pelusiaci] Claudianus is est qui Alexandrinus non Florentinus fuit, sic Sidonius Apolli, ad quem allusit hic Politianus.

Claudianus

Non Pelusiaco satus Canopo  
Qui Ferruginei Thoros mariti  
Et Musa canit inferos superna.

Suidas sic: κλαυδιανὸς ἀλεξανδρῶδης &c. Hunc poetam emendatiss. olim ostendit Mariangel. Accursius. ¶ Aut te Nilica] Marcus Manilius is est, quem ipse Manlium, multi Mallium uocant, uixit Augusti tempore, sub quo pilam obelisco, ut Plinius meminit imposuit. ¶ Bis uates Mali] Fuit enim & Astronomus & Poeta, ut ipse de se libro 1. Astronomico testatur.

M. Manilius

Bina mihi positis lucent altaria flammis.

¶ Quosq; sibi æquæuos] Enumerat Synchronos ac æquales, quos Ouidius sub finem libri ultimi de Ponto recenset, in Elegia ad inuidum. ¶ Et qui Smyrnæis] De Valgio loquitur de quo Tibullus libro 4. ad Messalam.

Tibullus.

Est tibi qui possit magnis sese accingere rebus

M 3 Valgi



COMMENT. LVD. BRASS.

Valgius, aeterno propior non alter Homero.  
Scripsit autem res Augusti, ut indicant hi ad eum ab Horatio  
scripti uersiculi.

Et potius noua  
Cantemus Augusti trophæa  
Cæsaris & rigidum Niphaten  
Medumq; flumen gentibus additum. &c.

Musa sibi primos, quæ iure asciscat honores  
Imparibus numeris, ni blanda Propertius ora  
Soluat, & ambiguum faciat certamine palmam.

*cornelius  
gallus.*

Plania materiam teneri dat, & hostia cantus  
Nomine supposito, ceu Galli Mimæ Citheris  
Personam falsæ lasciuæ Lycoridos affert.

In scænam, & docto clausam se iactat amanti,  
Dum miser ipse suo fodiat præcordia ferro.

*Morsimum. lib.  
impulit anno  
uoluptatis 43.*

At non exigui tenuis quoq; pagina Calui  
Dissimulat pulchram, sed acerbo funere raptam  
Quintiliam, nec Cous ad hæc non sacra Philetæ

Quanquam est æger, adest, quanquam uestigia lento  
Fulta grauat plumbo, nec qui sine amore, iocisq;

*Anonymus*

¶ Musa sibi primos] Occasionem capit differendi de poetis Elegiacis, & sequitur iudicium Quintiliani instit. Orat. libro 10. cap. 1. Elegia, inquit, Græcos quoq; prouocamus, cuius mihi tersus atq; elegans maxime uidetur autor Tibullus, sunt qui Propertium malint, &c. Proinde magis miror Anonymum hominem meo iudicio non indoctum, suo uero doctissimum, iuuenili magis ardore quam iudicio, Ouidium, Propertio Tibulloq; prætulisse, Quæ sententia quam sit uera suo loco ostendam.

¶ Et hostia cantus] Poetas amicarum suarum nomina non expressisse



expressisse, sed aliena supposuisse testatur Apuleius floridorū  
 libro. ¶ Mima Cytheris] Eius meminit etiā Cicero in familia  
 ribus, hāc Cornelius Gallus poeta adamavit, & Lycorida adpel  
 lauit. Multa Seruius in 10. Ecloga Virgilij, reliqua de Cornelio  
 Gallo sunt facillima. ¶ At non exigui] Caluus poeta ac  
 Orator exiguus cognomento dictus fuit, quemadmodum Qui-  
 dius libro 2. Tristium:

libro 7. ep.  
32.

Par fuit exigui, similisq; licentia Calui.

Proinde Catullus eum, ut Seneca vult, Solopychium per iocum  
 adpellat, uocabulo ex Osco ac Græco composito. Solum enim  
 Osci integrum, unde solers adpellant, μήχης uero Græce cubitū  
 designat, quasi diceret hominem integri cubiti siue bipedalis mo-  
 duli. sunt autem carmina Catulli hæc.

Risi nescio quem modo in corona

Cui cum mirifice uatiniana

Meus crimina Caluus explicasset,

Admirans ait hæc, manusq; tollens

Dij magni Solopychium disertum.

Caluus autem Quintiliam amauit, cuius funus uersibus celebra-  
 uit Propert. libro 3. Elegiarum.

Hæc etiam docti confessa est pagina Calui,

Cum caneret miseræ funera Quintiliæ.

Ostendunt etiam hi uersus Catulli:

Si quicquam mutis gratum acceptumue sepulchris

Accidere à nostro Calue dolore potest.

Quo desiderio ueteres renouamus amores

Atq; olim missas flemus amicitias.

Certe non tanto mors immatura dolori est

Quintiliæ, quantum gaudet amore tuo.

¶ Nec Cous ad hæc non sacra Philetus] Recenset etiam  
 Græcos Elegiacos, quis autem primus Elegiam scripserit dubi-  
 tatum fuit, quidam Terentiano teste nō dubitant dicere Calli-  
 noum, quidam, ut apud Athenæum Hermesianax his uersibus  
 Mimnerum uolunt:

μινέρμω



COMMENT. LVD. BRASS.

μίμνερμος δὲ τὸν ἴδην ὅς ἔβρετο πολλὸν ἀνατλάς  
ἦχον, καὶ μαλακῶ πνύμι ἀπὸ πενταμέτρου.

Strabo. μίμνερμος αὐλητὴς ἄμα καὶ ποιητὴς ἐλεγκίος  
Philetas poeta Cous Elegiographus, & Criticus, cuius vitam  
Suidas copiose profequitur, præceptor fuit Theocriti, ut ipse  
meminit in Thalyfijs. Alludit autem hic Politianus ad uersus  
Propertij:

Callimachi manes & Coi sacra Philætæ

Me sinite in uestrum quaeso uenire nemus.

¶ [Quantum uestigia lento] Hoc pulchre tægit Athenæus lib.

16. λεπτότροπος δ' ἴω ἢ ὀλίγας ὁ κάος ποιητὴς ὡς καὶ ὄλοι πλὴν τῶ σῶ-  
ματος ἰχνότητα σφαίρας ἐκ μολύβδου πεποιημένως ἔχειν ποδὶ τῶ ποδὲ  
ὡς μὴ τῶ ἀέμον ἀνατλάπειν. Is Philetas amauit Bitida, ut Ouid.

Nec Coi tantum Battis amata uiro,

Vbi perperam Battis pro Bittis legitur. Athenæus libro 8.  
Dipn. scribit eum mærore confectū cum ψευδολογῶν argumen-  
ti genus non posset explicare, quod etiam eius Epitaphium  
ostendit.

ξείνε ὀλιγίας εἰμὶ, λόγῳ δ' ψευδόμενος  
ᾤλεσε καὶ νυκτῶν φροντίδες ἐσπίελοι.

¶ [Nec qui sine amore iocis] Mimnermum intelligit, cu-  
ius Horat. in primo epistolarum meminit sic.

Sic Mimnermus uti censet sine amore iocis

Nil est iucundum &c.

Alludit autem Horatius ad Mimnermi Elegiographi carmi-  
na, quæ Ioannes Stobæus in Gnomologijs citat, & Plutarch.  
de uirtute Ethica.

πὶς δὲ βίος τί δὲ τὸρ πνὸν ἄτῳ χυσις ἀφροδίτης  
πεθναίω ὅτι μοι μῆκεπὶ ταῦτα μέλοι.

Hunc Suidas λιγυρπάδου filium fuisse perhibet Colophoniu seu  
potius Smyrneum, uixit ætate Septem sapientum uel paulo an-  
te. Nam Plutarchus in Publicola Solonis, qui unus è septem sa-  
piētibus fuit, cōtra Mimnermum citat Apologiam, dictus fuit  
cognomento λιγυρπάδης, propter summā ac mirificam eloquen-  
tiam suauitatem.

Iucundum.



IN NVT. POLIT.

Lucundum nil esse putat, quid rustica dicam,  
 Iubila pastorum syluis meditata sub altis?  
 Ut patrias Moschus non inficietur auenas,  
 Externasque Bion, ut opaca Tityron umbra  
 Prouocet Ausonio Calphurni fistula cantu?  
 Aerios procul in tractus, & nubila supra  
 Pindarus it Dircaeus olor, cui nectare blandæ  
 Os tenerum libastis apes, dum fessa leuaret  
 Membra quiete puer, mollem spirantia somnum.  
 Sed Tanagræa suo mox iure poetria risit  
 Irrita, qui toto sereret figmenta canistro,  
 Tum certare auso palmam interceptit opimam  
 Æolijs prælata modis, atque illice forma.  
 Ille Agathoclea subnissus uoce coronas  
 Dixit Olympiacas, & qua uictoribus Isthmos,  
 Fronde comam, Delphiisque tegant, Nemæaque Telqua  
 Lunigenam mentita feram, tum numina diuum  
 Virtutesque, uirosque undanti pectore torrens  
 Prouexit, sparsitque pios ad funera questus  
 Frugibus hunc, Libisque uirum Cirrhæus ab ara  
 Phœbus, & accubitu mensæ dignatus honore est,  
 Panaque pastores folis uidere sub antris  
 Pindarico tacitas mulcentem carmine syluas,  
 Inde senem pueri gremio ceruice roposta  
 Infusum, & dulci laxantem corda sopore.  
 Protinus ad maneis, & odoro germine pictum  
 Helysium tacita rapuit Proserpina dextra.

N

Quinetiam



"Quinetiam hostiles longo post tempore flammæ,  
 Quæ septem geminas populabant undiq; Thebas,  
 Expauere domum tanti tamen urere uatis,  
 Et sua posteritas medios quoq; tuta per enses  
 Sensit inexhausta cinerem iuuenescere fama.

<sup>a</sup> ¶ Quid rustica dicam] Nunc de Bucolicis poetis tractare incipit cum primis de Theocrito, Bione ac Calphurnio.

<sup>b</sup> ¶ Vt patrias Moschus] Politianus hic Theocritum Moschum adpellat, ductus interpretis Græci opinione, qui ita de Theocrito loquitur: κατὰ γούω πινὰς μόχος καλούμενος, θεόκριτος ἐπεκλήθη. Suidas uero ac reliqui Græci Grammatici Moschum etiam Syracusium & secundum à Theocrito Bucolicum poetam fuisse testantur, quod uero Politianus non de illo sed de Theocrito loquatur, satis eius uerba demonstrant, quibus ad Epigramma Theocriti quod de seipso scripsit manifesto alludere uidetur.

ὄχιος. ἐγὼ δὲ θεόκριτος ὅς τινος γράφα  
 εἰς ἀπὸ τῆν πολλῶν ἐμὴ συρηκοσίῶν  
 ὑὸς πεξαγόραο, ποδκλυτῆς πελίνης  
 κοῦρα δ' ὀθνεῖλω ἔποτ' ἐφελκυσάμην.

Quibus sese externam Musam nunquam attentasse gloriatur.

¶ Externasq; Bion] Per antithesin Bionem qui Smyrneus Siculam tamen Musam affectauit Theocrito postponit, scripsit Bucolica, Dorica Dialecto, ut eius uersiculi in Græcis Gnomologijs adducti testantur. ¶ Vt opaca] Calphurnius is est, qui Virgilium imitatus scripsit Bucolica, eius uitam copiose Crinitus prosequitur. ¶ Aërios procul in tractus] Alludit ad Horatii cæmen.

Multa Dircaum leuat aura cygnum,

Tendit Antoni quoties in altos

Nubium tractus &c.

Sunt autem hi Horatii uersus allegorice de magnifica Pindari dicendi



IN NVT. POLIT.

dicendi ratione intelligendi teste Fabio. [¶ Cui nectare blan-  
dæ] Alludit ad hos Græcos uersiculos.

εἰσέτι παιδίον ὄντα, μέλισσά τις ὡς ἰδί σίμβλω  
χείλεσιν ἠπάχοισι πιδασώσουσα ποτᾶτο.

Pausanias in Boeoticis: πίνδαρον δὲ ἠλικίαν ὄντα νεανίσκιον καὶ ἴοντα  
εἰς θεασιὰς δέρουσ' ἄρα κύνματος πῶδ' μεσοῦσαν μάλισσά ἠμόραν, κό-  
πος καὶ ὑπνος ἀπ' αὐτῆ καταλάμβανεν, ὁ μὲν δὲ, ὡς εἶχε, κατακλί-  
νεται βραχὺ ἔσθ' τῆς ὁδοῦ μέλισσαι δὲ αὐτῷ καθεύδοντι προσεπέ-  
τοντο τε καὶ ἔπλωσαν πρὸς τὰ χεῖλη τῆ κηρῶ δς. [¶ Sed Tana-  
græa] Adhuc Pindari iuuentutē describit. Nam Corinna poe-  
-ria Pindarum secundum quosdam instituit, nō Myrtis, cuius di-  
-cipula fuit Corinna. Politianus hic ad Plutarchi uerba alludit  
in libro, utrum Athenienses bello an sapientia præstantiores fu-  
erint, ἢ δὲ κόριννα τὸν πίνδαρον ὄντα νέον ἐπι, καὶ τῆ λογότητι ββαρῶς  
χρῶμενον, εἰς δὲ τῆσιν ὡς ἀμουσον ὄντα καὶ μὴ φιδῶντα μύθους ὁ τῆς  
ποιητικῆς ἔργον εἶναι συμβέβηκε. γλώσσα δὲ καὶ καταχρήσεις καὶ μετα-  
φράσεις, καὶ μέλι καὶ ῥυθμὸς ἠδύσματα τοῖσ' πρᾶγμασιν ἔσθ' ἰδε-  
ται, σφόδρα δὲ ὁ πίνδαρος ἐπισήσας τοῖς λεγομένοῖς ἐποίησεν ἐκείνο τὸ  
μέλος. ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάνατον μελίαν, ἢ κάδμον ἢ σαρτῶν ἰδρὸν  
γλῶσ ἀδρῶν, ἢ ἔ πάνυ ἀένος ἠρακλείου ἠτᾶν, δεῖξαμεν δὲ τῆ κορίν-  
νη γλάσασα ἐκείνη, τῆ χειρὶ δεῖν, ἔφη, σπεῖρεν δὲ μὴ ὄλφ τῷ θυ-  
λάκῳ, τῷ γὰρ ὄντι συγιδράσας καὶ συμφόρησας παναπερμίαν πινᾶ  
μύθου ὁ πίνδαρος, εἰς δ' ἄ μέλος ἔζέχεν. [¶ Tum certare auso]

Pausanias in Boeoticis scribit Pindarum a Corinna uictum  
fuisse propter dialectū Aeolicam, cuius ignarus fuit Pindarus,  
& propter singularem pulchritudinē Corinnæ. uerba eius hæc  
sunt: ἢ κόριννα πίνδαρον ἄσματι ἐνίκησεν, εἰ δὲ βαισ φαίνεται δὲ μοι νι-  
κῆσαι τῆς διαλέκτῃ τε εἵνεκα, ὅτι ἦδεν εἰ τῆ φωνῆ τῆ δωεῖδι ὡσπερ ὁ  
πίνδαρος δὲ μὴ ὁποῖα σιωπῆσιν ἔμελλον αἰολεῖς. καὶ ὅτι ἰὼ γυναικῶν τᾶτε  
ἦδη καλλίστη δ' εἶδος. [¶ Ille Agathoclea] Agathocles Pinda-  
rum ad lyrici carminis studia ualde animauit, testantur hi uersiculi ignoti auctoris.

μυθὰ δ' ἀγαθοκλέος ἔμμορον αὐδῆς  
ὅς τε ῥά οἱ κατέδειξεν ὄδον καὶ μέτρον αἰοιδῆς.

N 2

Coro-



COMMENT. LVD. BRASS.

Scripta Pindari. \* [ Coronas dixit Olympiacas ] Pindarus multa scripsit, q̄ hic enumerat Politianus, cum primis uero quatuor Græcorum certaminum Epinicia, nempe Olympia, Pythia, Nemeæa, ac Isthmia, quæ etiamnum extant. <sup>1</sup> [ Lunigenam mentita feram ] Seneca in Hercule furente.

Sublimis alias Luna concipiat feras.  
Scribit enim interpres Arati Nemeæum leonem à luna conceptum. <sup>2</sup> [ Tum numina diuum ] Alludit ad hymnos Pindari, quorum etiam sic Horatius meminit:

Seu deos regesq̄ canit, deorum  
Sanguinem, per quos cecidere iusta,  
Morte centauri, cecidit tremendæ  
Flamma Chimææ.

<sup>3</sup> [ Virtutesq̄ uirosq̄ ] Scripsit enim Encomia, quorum meminit interpres & Suidas. <sup>4</sup> [ Sparsitq̄ pios & funera questus ] Suidas refert Pindarum *θρήνων* scripsisse, & Horatius.

Flebili sponsæ iuuenem iue raptum  
Plorat, & uireis, animumq̄, moresq̄  
Aureos deducit in astra, nigroq̄

Inuidet Orco.

Ere nata succurrit quæstio de Pindari rythmis, quam olim inter doctissimum uirum, ac me auguste agitatum animo repeto, ubi enim Horatius de Pindaro loquitur: Numerisq̄ fertur lege solutis. Arbitror ego contra illius opinionem (nam ipse hæc uerba de Pindari rythmis tanquam ad certam carminum amussim non compositis) intelligebat, ego uero arbitror Horatium respexisse ad *πρᾶξις*, quas Pindarus ad Græcos oratione soluta scripsit. Horatius enim in ea Oda omnia Pindari monumenta recenset, & dubio procul etiam in utriusq̄ orationis facultate parem ostendere uoluit, ad rem uero minime pertinet numerorum fieri mentionem. Nam & oratio pedestris suos habet numeros, nulla tamen poetica necessitate astrictos, proinde Horatius eas leges solutas adpellat. <sup>5</sup> [ Frugibus hunc ] Pindaro ab Apolline maximos olim habitos fuisse honores, testatur Pausani-



**Pausanias in Boeoticis :** ἀρχὴ μὲν Πινδαρῶ ἄσματα ποιεῖν ἐγένετο τοιαύτη, ἐδοκιμοῦντα δ' αὐτὸν ἦδη ἀνὰ πᾶσαν τὴν ἐλλάδα ἐς πολέον δόξης ἦσαν ἢ πυθία ἀειποῦσα δελφῶς ὁ πόρον ἀπέρχοντο τῶ ἀπόλλωνι μοῖραν καὶ Πινδαρῶ τὴν ἴσπν ἀπάντων νέμην. &c. ¶ Panaός pastores] Hanc rem copiose Philostratus in Icone Panos prosequitur, Pindarus met testatur in Pythijs ἔδει. γ. Templum Panos domui suae proximum fuisse, & à se Panam maxime cultū fuisse.

ὄμη' ἐπεύξαομαι μὲν ἔγων ἐδέλω  
ματρεῖ, τὰν, κοῦραι πρ' ἐμόν περὶ θυρον  
ὣω πανὶ μέλποντι θαμά  
σεμναὶ θεὸν εἰνυχίαι. &c.

Pindarus.

**Plutarchus in comment.** ὅτι ἔδε ζῶ ἔστιν ἡδέως κατ' ἐπίκουρον, Πινδαρος ἀκουῶν τῶ τῆ πανός ἀδεδαί τι μέλος ὦν αὐτὸς ἐποίησε. **Pollitianus** retulit ad pastores, ut uolunt **Pindari interpretes**, testatur etiam **Græcus Epigrammat.**

μάρτυς ὁ μαινάλιος κερύεις θεὸς ὕμνον αἰείας  
τὸν σέο, καὶ νομίμων λησάμενος δονάκων.

¶ **Inde senem]** Pindarus enim secundum quosdam sex & sexaginta annos uixit, secundum quosdam octuaginta, testatur uersiculus ille.

κατ' θανεν ὀνδῶκοντα πελειομύων εἰαύτων.

¶ **Pueri gremio]** Hæc refert **Valerius Maximus** copiose. Sane constat, ut **Plutarchus** in **Paramythico** ad **Apollonium** refert, **Pindarum** Delphis **Pythiam** uatem consuluisse, quid nam hominibus esset optimum; illam uero respondisse, neq; ipsum ignorare, si ea quæ de **Trophonio** ac **Agamede** scripsisset sua essent. &c. ¶ **Tacita rapuit Proserpina dextra]** Alludit pculdubio ad **Pausania** uerba, quæ habentur in **Boeoticis**: λέγεται δὲ καὶ ὀνειράτος ὅ μιν αὐτῶ γενέσθαι προήκοντι ἐς γῆρας ἐπιστάτῃ ἢ πρὸ σεφόνῃ οἱ καθεύδοντι ἐν ἐφάσειν ὕμνηθῆναι μόνῃ θεῶν τῶ Πινδαρῶν, ποίησειν μὲν τοι καὶ ἐς αὐτὴν ἄσμα Πινδαρῶν ἔλθοντα ὡς αὐτῶ. καὶ τὸν μὲν αὐτίκα εἰ χέων ἐπιλαμβαίῃ. πρὶν ἐξήκειν ἡμῶν δεκάτις ἀπ' τῆ ὀνειράτος. ¶ **Quin etiam hostiles]** Cum **Alexander**





COMMENT. LVD. BRASS.

Magnus Thebas inflammaret domui Pindari pepercit, foribus enim uersiculus iste inscriptus erat.

πινδάρῳ τῷ μουσποιδῷ πῶς σέχων μὴ καίετε.

Quod etiam Lacedæmonij ante Alexandrum factitasse perhibentur, posteritati etiam Pindari, ut hic Politianus in Thebarum deprædatione parcitum fuisse, testatur Plutarchus, De sera numinis uindicta.

<sup>a</sup>Non ego te longo præsignis Anacreon æuo  
 Transierim bicolore caput redimite racemo,  
<sup>b</sup>Cui citharæ cordi, <sup>c</sup>cui nigri pocula Bacchi  
 Semper, & <sup>d</sup>ancipiti stimulans Amatusia cura,  
<sup>e</sup>Nam modo Threicij crimen miraris ephēbi,  
<sup>f</sup>Nunc Samium celebras (iubet<sup>s</sup> Adraſtea) Bathyllum,  
<sup>h</sup>Nunc tenerā Eurypilen, tenerumq; Megiſthea laudas.  
<sup>i</sup>Tandem acino paſſæ cadis interceptus ab uuæ  
<sup>k</sup>Ipsæ Lyci nigros oculos, nigrumq; capillum.  
<sup>l</sup>Quamq; uides digito natiuam inoleſcere gemmam,  
<sup>m</sup>Exactosq; canis pugnax Alcæe tyrannos,  
<sup>n</sup>Æolium docto pertentans barbyton auro,  
<sup>o</sup>Arma, ſed Attææ tua ſeſ ſuſpenſa Mineruæ.

<sup>a</sup> [Non ego te longo] Anacreon hic uocandi caſus eſt, aliàs carmen corrumperetur. Is Teius fuit. Horatius.

Et fide Teia dices, laborantes in uno

Penelopen uitreamq; Circen.

*Lucianus.* Scripſit enim hac de re Anacreon. Quod autem Politianus eū iōgo æuo præſignem adpellat teſtatur Lucianus in Macrobijs, cuius uerba infra ſubiſciam. [Bicolore caput] Hypotypoſis Anacreontis ex Pauſania deſumpta. Quod autem racemum bicolorem adpellat, credo cum alluſiſſe πρὸς ἀμπελον μίπω πδρικαζ ζῶσιν,



ζῆσιν, id est, ad uiam nondum nigrescentem. <sup>b</sup> ¶ Cui citharæ cordi] Eiusmodi enim Anacreontis uersiculi, qui id testantur apud Athenæum ac Gellium reperiuntur. <sup>c</sup> ¶ Cui nigri pocula Bacchi] Ouidius huc respexit.

Quid nisi cum multo Venerem confundere uino  
Præcepit lyrici Theia Musa senis.

¶ Et ancipiti stimulans Amathusia cura] Amathusiā Venerem adpellat, unde illud Catulli. Quæq; Amathunta, &c. Quod autem hic ancipitem curam adpellat, nimis spurce loquitur. <sup>c</sup> ¶ Nam modo Threicē] De Smerdie Thracio loquitur, cuius rei Maximus Tyrius sic meminit :

Σμῆρδης θραξ ἕως ἑλλήνων ἀλὸς μεράκιον βασιλικὸν ὀφθῆναι γαῦρον ἐκομίσθη δωρῶν τύραννο ἴωνι πολυκράτει τῷ βαμῖῳ, ὁ δὲ ἦσθη τῷ δωρῶ καὶ δρᾶ πολυκράτης σμῆρδης, καὶ αὐτῷ (σωδρᾶ ὁ τίσιος ποιητῆς ἀνακρέων, καὶ σμῆρδης πρᾶ μὲν πολυκράτου ἔλαβε χρυσὸν, καὶ ἀργυρον καὶ ὅσα εἰκὸς ἰὼ μεράκιον καλὸν πρᾶ τύραννου δρῶντος, πρᾶ δὲ ἀνακρέοντος ὠδῆς καὶ ἐπαινῶ καὶ ὅσα ἰὼ πρᾶ ποιητῆ δρᾶσιν, & quæ sequuntur.

Anacreon.

¶ Nunc Samium] Anacreon ebrius olim nutricem Cleobuli, quem Politianus hic nescio cur Batillum adpellat, e uia unā cum Cleobulo protruserat, multisq; conuitijs affecerat, qua de causa nutrix Dis supplicauit, ut processu tēporis Anacreon conuicia cum laudibus, ut hanc quasi pœnam daret, compensare cogeretur. Propterea Politianus Adrasteam iussisse dicit.

Hæc autem Maximus Tyrius in alio sermone pulcherrime describit. τοιαύτῳ φάσι καὶ τὸν ἀνακρέοντα ἐκείνον τὸν τίσιον ποιητῶν δοῦναι δίκην τῷ δρῶπι, εἰ πανιωνίῳ ἐκόμιζε πτῆ βρέφος, ὁ δὲ ἀνακρέων βαδίζων μεθύων, αἶψον ἐσεφαναμήνος, σφαλλόμενος ὠδεῖ τῷ πτῆν σῶ τῷ βρέφει καὶ πικρῶ εἰς τὸ παῖδιον ἀπέτελε βλάσφημον ἕως, ἡ δὲ γυνὴ, δῆλο μὲν ἔδεν ἐχαλέπνε τῷ ἀνακρέοντι, ἐπιτύξατο δὲ τὸν αὐτὸν ὄστρον ὑβριστὴν ἀνθρώπων. ποσῶτα καὶ ἐπὶ πλείω ἐπαίνεσαι πότε τὸ παῖδιον, ὅσα νῦν ἐπηράσατο, τελῆ ταῦτα ὁ θεός, τὸ γὰρ παῖδιον ἐκείνο δι' αἰξιδέν, γίνεται κλέοβουλος ὁ ὠραϊότατος καὶ ἀπὸ μικρᾶς ἀρᾶς, ἔδωκεν ὁ ἀνακρέων κλεοβῆλω δίκην δι' ἐπαινῶν πολλῶν.

¶ Iubet Adrastea] Adrasteam Nemefin adpellat, rationem autem



autem nominis hanc reddit Strabo libro 13. ex Antimachi Thebaide.

ὅτι δὲ πρὸς νέμεσις μεγάλη θεὸς ἢ τὰδε πάντα  
πρὸς μοικάρων ἔλαχε βωμὸν δὲ οἱ εἶσατο πρῶτῳ  
ἄσρητος ποταμοῖο πρᾶ ῥῶον αἰσῆποιο  
εἴθ' αὖ τετιμητοῦ τε καὶ ἀσρήσεια καλεῖται.

Aliam nominis etymologiam reddit Aristot. in lib. de mundo.

<sup>h</sup> Nunc teneram Eurypylen] Voluit reddere Græcum hoc Epigrammat. lib. 3. Epigram.

ἢ πρὸς Ευρυπίλῳ περραμειῶς ἢ μεγαθύμῳ.

<sup>i</sup> Tandem acino] Sunt uerba Valerij Maximi. Videbimus hac de re in Sophoclis uita. <sup>k</sup> Ipse Lyci nigros oculos] De Alcaeo Mythylenæo lyrico poeta sentit, de quo sic Horatius Odarum libro 1.

Liberum, & Musas, Veneremq̃, & illi  
Semper hærentem puerum canebat  
Et lycum nigris oculis, nigroq̃  
Crine decorum.

<sup>l</sup> Quamq̃ uides] Cicero libro 1. de natura deorum. Næuis in articulo pueri delectat Alcaëū, at est corporis macula næuis, illi tamen hoc lumen uidebatur. <sup>m</sup> Exactosq̃ canis &c.] Horatius libro 2. Odarum.

Sed magis pugnas & exactos tyrannos,  
Densum humeris bibit aure uulgas.  
Scripsit enim, ut Strabo testatur carmina διαρροσιαστικὰ, cum ciuitas à tyrannis premeretur δὲ τὰς διαρροσιαστικὰς. Ciuium sacrum. Nam Pittaco Megalagyro & Cleantidis per carmina conuiciatus est. <sup>n</sup> Aeolium docto] Horatius.

Et te sonantem plenius aureo  
Alcææ plectro dura nauis  
Dura fugæ mala, dura belli.

Quæ uerba Quintilianus sic exponit, Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, qua tyrannos infectatus est.

<sup>o</sup> Arma sed Attææ] Verba sunt Herodoti in Terpsichore,

ἀλκαίος



IN NVT. POLIT.

ἀλκαίος ὁ ποιητῆς συμβολῆς γυνομενῆς καὶ νικῶντων ἀθηναίων, αὐτὸς  
 μὲν φεύγον, ἐκ φεύγει, τὰ δὲ οἱ ὄπλα ἴαχρον ἀθηναῖοι καὶ σφε' ἀνε-  
 κρεμασαν πρὸς τὸ ἀθηναῖον, τὸ ἐν σιγείῳ ταῦτα δὲ ἀλκαίος ἐμλε-  
 ποιῆσαι ἐπιπιδεῖ ἐς μυτιλίῳ ἰθαγγελλόμενος τὸ ἐνωτὸ πάθος με-  
 λανίπρω ἀνδρὶ ἐτάρω. Quo in loco Strabo libro 13. paulisper ab  
 Herodoto dissentit, dicit enim Athenienses Phrynonem quen-  
 dam misisse, qui Mitylenen occupauerit, & à Pittaco Mity-  
 leneo uictum, huic etiam praelio Alcæum interfuisse scribit, ὅ-  
 τε καὶ ἀλκαίος, φησιν, ὁ ποιητῆς ἐπὶ τινι αἰῶνι κακῶς φερόμενον ἑαυ-  
 τὸν, τὰ ὄπλα εἰφαντα φυγεῖν, λέγει δὲ πρὸς τινὰ κήρυκα κελύσας  
 ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ ἀλκαίος σῶος ἄροι: reliqua sunt ualde men-  
 dosa, adeo ut ab interprete non commode reddita sint.

<sup>a</sup>Sustinet heroi ualida testudine pondus  
 Carminis, & damnans Helenen laudansq; uicissim.  
 Amittit, recipitq; oculos tuus Imera ciuis  
 Stesichorus, <sup>b</sup>quē trux Phalaris ueneratus & hostē est,  
<sup>c</sup>Cuius & in labris sedit puerilibus olim  
<sup>d</sup>Daulias, & uestrum Musæ cantauit alumnum.  
<sup>e</sup>Sed uocat ad lachrymas Cei pia Næuia uatis.  
<sup>f</sup>Vnum Mnemosyne quondam præc; omnibus unum  
 Quem coluit, sæuæ quem subtraxere ruinæ  
 Ledæi iuuenes, <sup>g</sup>uacuam cui tristis ad arcam,  
 Gratia flet laniata comas, nudata lacertos,  
<sup>h</sup>Quiq; sui uindex fuit & post fata sepulchri.  
<sup>i</sup>Ipsi etiam patria pressi breuitate Lacones,  
 Ascitum largo tamen ore Alcmana recensent.  
 Quem tulit auriferos ostentans Lydia fontes,  
<sup>k</sup>Nunc gemit heu tineis artus & tabe peresum.

○

Sustie



COMMENT. LVD. BRASS.

¶ Sustinet heroi ualida] Quintilianus enim libro 10. dicit, Stesichorus quàm sit ingenio ualidus, materiae quoq; ostendunt, maxima bella, & clarissimos canentem duces, & Epici carminis onera lyra sustentem, & Horatius: Stesichoricæ graues Camenæ. Stesichorus autem Palinodiam Helenæ heroico carmine conscripsit, ac lyrae accommodauit. Heroicos enim uersus citat Plato in Phædro. Fuit autem Stesichorus ex Imera Siciliae ciuitate oriundus, ut Cicero testatur in 4 Verrina. Dicitur fuisse teste Suida à principio Tissias, deinde uero ὅτι πρῶτος κειραρωδῆ δὲ χερὸν ἔσῃσε. Stesichorus primus enim Strophas, antistrophas, ac epodos inuenit. Nam Strophe est, quando lyrici poetae in carminibus ad citharam canendis à dextra parte ad sinistram se se conuertunt, nam ita uniuersum mundi commouetur. Rursus uero antistrophe utuntur, quando à sinistra parte ad dextram mouentur. dextra autem orientales, sinistra uero occidentales mundi plagas intellige. Motus autem planetarum ab occidente in orientem uoluitur. Cum uero Epodos recitabant immoti in nullam partem mundi stabant, quemadmodum terra. Inde ut opinor prouerbum emanauit, ὄντε τὰ τεῖλα σπῆσθῆναι γυνώσκεις, in hominem uehementer indoctum. ¶ Et damnans Helenam] Pausanias in Laconica scribit Helenam in Leuce insula Leony quo cuidam præcepisse, ut Imeram nauigans Stesichoro poetae nunciaret, ὡς ἡ διαφορά τῆς ὀφθαλμῶν ἐξ ἑλένης αὐτῷ γένοιτο μὴ νόμου, deinde Stesichorus Palinodiam scripsit. Suidas eum in somnio monitum affirmat, copiose testatur Isocrates in Helenæ Encomio: ἐπεδείξατο καὶ σπῆσθῆναι τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφημησέ τι πρὸς αὐτῆς, αὐῆσθαι τῆν ὀφθαλμῶν ἀπείρημνος, ἐπειδὴ δὲ γνοῖς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, καλεμένην παλινωδίαν ἐποίησε πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτῆς φύσιν κατέσῃσε &c. Horatius in Epodis.

Infamis Helenæ Castor offensus uice

Fraterq; magni Castoris, uicti prece,

Adempta uati reddidere lumina.

De Helenæ uituperatione ab Homero facta, & Palinodia Stesichori



sichori Plato in Phædro multa, Proclus Lytius in commentarijs in Politian Platonis. <sup>b</sup> Quæ trux Phalaris] Extat perç elegans Stesichori Apologus in secundo libro Aristotelis Rhetoricorum contra Phalarim. quàm uero Phalaris tyrannus Stesichorum coluerit, ostendunt complures Phalaridis ad eum epistolæ, siue hæ à Luciano, uel ab alio docto conscriptæ esse putentur. <sup>c</sup> Cuius & in labris sedit] Testatur Plinius lib. 10. cap. 29. & Græcum Epigramma.

τῆ γὰρ πικτόμενοιο καὶ ἐς φάθ' ἀρ' π'ι μολόντος  
ἐκ ποθεν ἰδρόφοιτος ἐπι σομάτεσσιν ἀηδῶν  
λάθρη ἐφεζομένη λιγυρῶ ἀνέβ' ἀμετο μόλπην.

<sup>d</sup> Daulias] Dauliadem Lusciniam siue Philomelam adpelat, nominis rationes apud authores sunt uariæ, siquidem Strabo libro nono prodidit: εἰ δὲ τῆ μεγαλῖα μετὰ δελφῶς ὡς πρὸς τὴν ἐὼ δαυλίς πολίχιον, ὅπου τηρεῖα τὸν θραῖνα φασὶ διωασεῦσθαι. καὶ τὰ πῶδι φιλομήλων καὶ πρὸ κνήν ἐκεί μιν δούλοισι, δουκιδίδης δ' ἐν μεγαρῶις φησὶ τὲνομα δὲ τῆ τόπου γεγονέναι ἀπὸ τῆ δάσειθ δαυλοῦς γὰρ καλεῖσι τὰ δάση. Thucidides libro secundo: τῆς συήραφῆς. τηρεῖ δὲ τῶ πρὸ κνήν τὴν πανδίωνος ἀπ' ἀθηνῶν ὄρντι γυναικῶν, πρὸ σῆκεν ὁ τῆρης ἔτος ἔδεν, ἔδεν τῆς αὐτῆς θραῖκῆς ἐγελόντο, δὴ ὁ μὲν ἐν δαυλίᾳ τῆς φώκιδος νῦν καλεσμένης γῆς ὁ τηρεῖς ὄρνις, τότε ἔσπεθ θρακῶν οἰκουμένης. καὶ τὸ ὄρνιθ τὸ πῶδι τὸν ἴτυν αἰ γυναικῶν ἐν τῆ γῆ ταύτῃ ἐπράξαν. πολλοῖς δὲ τῶ ποιητῶν ἐπ' ἀηδόνος μνήμη, δαυλίαν ἢ ὄρνις ἐπωνόμασαι. Pausanias in Phocica in Daulide loquens: εἰ δ' ὄνομα τῆ πόλι περὶ τῆναι λέγουσιν ἀπὸ δαυλίδος νύμφης, συγατῶρα δὲ εἶναι τῆ κηλοσού τὴν δαυλίαν, addit etiam: καλεῖσθαι δὲ τὰ δάσεια ἔσπεθ τῶν πάλαι δαυλίαν.

Daulias unde.

<sup>e</sup> Sed uocat ad lachrymas &c.] Horatius Odarum libro 2.

Cææ retractes munera Næniæ.

Et Catullus. Mœstius lachrymis Simonideis,

Scriptit enim θρήνοις Simonides. Duo fuere præterea Simonides, alter ex Iulide Cææ insulæ ciuitate Bachilide lyrici, de quo paulo post, nepos, de quo Politianus loquitur. Fuit & alter Iambographus, de quo sic Strabo his uerbis, ὅτι δὲ καὶ ἀμορτὸς τῶν ἀπὸ ἀδῶν ὄδεν ἢ σιμωνίδης ὁ τῶν ἰάμβων. Stephanus de urbibus his



uerbis paulo expressius, ἀπὸ τῆς μνήσας ἢ σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιὸς ἀμοργίνος λεγόμενος. [¶ Vnum Mnemosyne] Simonides artem memoriae primus inuenit, testatur copiose Cicero in 2 de Oratore, & Quintilianus. Mnemosynen memoriam hic adpellat, quæ à poetis Musarum mater fingitur. [¶ Vacuam cui tristis ad arcam] Theocritus in Idillio, cui Gratiae titulus est. Auarissimus omnium poetarum Simonides fuit, qui se Plutarcho teste πῶδ' πολυπραγμοσύνης, & de fera uindicta, duos habere cistas dicebat, alteram beneficiorum, alteram gratiarum, de qua re sic Politianus in suis Graecis Epigram.

ἔχε σιμωνίδεω οἶκος δύο λαρνακὰς εἶδον  
 πῶ μὲν τοι μισθοῦ, πῶ δ' ἐτόραν χερσίων  
 ἢ δὲ ἢ μὲν χερσίων κενεὴ, πλεαδ' ἢ γ' ἐπίμαθ'.

De auaricia Simonidis multa Aristoteles in Rhet. & Xenoph. de quo etiam illud Aristophanis in pace, κέρδιω ἔκκεπ' κὰν ἰδί ε- πὸς πλέοι. & in auib. ἄρα σιμωνίδου μέλος. [¶ Quisq; sui uin- dex] Suidas copiose: ἀκραγανθίνος στρατηγὸς ἢ ὄνομα φοίνιξ, συ- ρακουσίους δὲ ἐπολέμοιω ἔποι. ἔκοιω ὁδὲ ὁ φοίνιξ διαλύει τὸν τάφον τῷ σιμωνίδου μάλα ἀκηδῶς τε καὶ ἀνοίκτως καὶ, ἐκ ἐκτῶν λίθων τῶν δὲ, ἀνίστησι πυρρὸν, καὶ κατὰ ἔσθρον ἐάλασεν ἢ πόλις. Meminit Plutar- chus in uita Humæ. [¶ Ipsi etiã patria pressi &c. Alludit ad Pausaniae uerba, ubi in Laconicis de Alcmane scribit: ὃ ποιήσαν π' ἄσμετα, οὐδὲν ἐς ἡδονὴν ἐλυμαίνατο τῶν λακῶνων ἢ γλάσσει ἢ κισσα π' εχομένη ε' ἄφωνον. Extat apud Plutarchum etiam in Com- mentario πῶδ' φωῆς, Epigramma hac de re lib. 3. Epigram.

De Alcman  
 ne.

κέτα δ' ἢ πειροῖς διδύμους ὄρις, εἴθ' ὁ λυδὸς,  
 εἴτε λάκρον, πολλὰ πατεῖδες ὑμνοπόλρον.

[¶ Nunc gemit heu &c.] Plinius libro 11. cap. 35 Pthiriassi perijt, quo morbi genere multi celebres periere, testis Plutarch. in Silla sub finem,

² At te cui numeros dictat dea Suada canoros  
 Ibyce, quisq; marem tantum meditaris amorem.

Nec



IN NVT. POLIT.

Nec superi, nec auis Pygmea reliquit inultum.  
 Et nunc Rheginis tua sedibus ossa quiescunt.  
 Nec uulgare canit dulcis ab Iulide Siren  
 Bacchylides, <sup>b</sup>sed enim lyricis iam nona poetis  
 Æolis accedit Sappho, quæ flumina propter  
 Pierias legit ungue rosas, unde implicet audax  
 Serta Cupido sibi, <sup>c</sup>niueam quæ pectine blando  
 Cyrinnem, <sup>d</sup>Megaramque simul, <sup>e</sup>cumque Attide pulchrâ  
 Cantat Anactorien, & crinigeram Telesippen.  
<sup>f</sup>Et te conspicuum recidiuo flore iuuentæ  
 Miratur, reuocatque Phaon, seu munera uectæ  
 Puppe tua ueneris, <sup>g</sup>seu sic facit herba potentem,  
 Sed tandem Ambracias temeraria saltat in undas.  
<sup>h</sup>Quæ toties Gorgo, toties incesserat atrox  
 Famosam Andromeden, patriaque libidine turpem,  
<sup>i</sup>Non illi Praxilla suos, prædoctaque Nossis  
 Contulerint, <sup>k</sup>Myrtisque modos, <sup>l</sup>non dulcis Agacles,  
<sup>m</sup>Non Anita, <sup>n</sup>non quæ uersus Erinna trecentos  
 Castalio seu melle rigat, <sup>o</sup>non candida Myro.  
<sup>p</sup>Nec Telesilla ferox, <sup>q</sup>non quæ canit Ægida sæuæ  
 Pallados effusum crinem uittata Corinna.  
<sup>r</sup>Illam etiam decimo cunctæ accepere sedili  
 Pierides, sertumque nouem de floribus auro  
 Contextum nitidis læte imposuere capillis,

<sup>a</sup> At te cui numeros] Epigrammatarij Graci uersiculum  
 transferre uoluit Politianus.

ἢ δὲ τε Πειδῶς

ἢ Βυκε κρη) ποιῶσαν αἴδος ἀμφοτέρων.

○ 3

At



COMMENT. LVD. BRASS.

¶ At te cui numeros] Ibycus Rheginus fuit, uixit tamen in Samo sub Policrate tyranni filio, eo ferè tempore quo Cræsus Sardibus imperauit, de quo Cicero libro 4. Thufculan. sic; Maxime uero omnium flagrasse amore Rheginum Ibycum apparet ex scriptis. ¶ Nec superi, nec auis] Aufonius in monasyllabis.

Ibycus ut perijt uindex fuit altiuolans

Grus.

Quem uersiculum Plutarchus; πῶδ' ἀδολεσχίας his ferè uerbis illustrat; οἱ δὲ ἰβυκὸν ἀποκτείναντες οὐχ οὕτως, ἐάλωσαν ἐν θεάτρῳ καὶ θήμενοι, καὶ γράνων πρᾶφανεισῶν, ἅμα γέλωτι πρὸς δμήλοισι φειδύοντες, ὡς αἱ ἰβυκὸν ἐκδικοὶ πάρῃσιν, ἀκούσαντες οἱ καθεζόμενοι πησίον, ἤδη πολὺ χρόνον τῷ ἰβυκὸν ὄντας ἀφανούς, καὶ ζήτησθῆναι, ἐπιλάβοντο τῆς φωνῆς καὶ προσήψαν τοῖς ἀρχαῖοις, ἐλεγχέμενοι δὲ, οὕτως ἀπὸ τῆς φωνῆς οὐχ ἔτι γράνων κολαδέντες, δὲ τῆς αὐτῶν γλωσσῶν ἀλάσῃ, ὡς περὶ δρινύου ἢ τριπύου διαδέντες διαγορευθεὶ τὸν φόνον.

Extat hac de re etiam Græcum Epigramma lib. 3. anthologiae, quod diligens lector requirat. ¶ Nec uulgare canit] Bacchylides poeta Lyricus fuit ex Cæa insula, ciuitate Iulide, dictus Siren ob suauitatem carminis. Pindarus tamen eum inuidiose graculum adpellat, quod Siren adpellatus fuerit demonstrat Græcum Epigramma lib. 1. anthologiae.

καὶ λάλε σείρω

βακχιδίῃ.

Propterea Lactantius in Phœnice Iu-

Lactantij  
locus expli-  
catus.

leas uoces pro suauissimis delicatissimisq; accepit, uocabulo ab Iulide Bacchilidis Melici patria deducto, etiam contra Cælij Rhodigini opinionem, qui aliter Lactantij carmina exposuit libro 3. cap. 2. alioqui Sophocles dictus fuit noua Siren, ut testatur Pausanias in Atticis. Solent enim, ut inquit, ἕωθαι δὲ καὶ νῦν ἐπι ποιημάτων ἃ λόγον τὸ ἐπαγωγὸν σείρωι ἐκάλει. ¶ Sed enim

Siren.

Lyricis &c.] Copiosissime Sappho poetriæ, quæ inter nouè lyricos recensetur, uitam describit. Sappho, cuius parentes uarij apud autores recensentur, ea ferè uixit ætate, qua Alcæus, de q; supra, teste Strabone scripsit Erotica carmine lyrico, & elegiaco, quo fit ut pleriq; eam epistolam, quæ ipsius apud Nasonem extat

ab,



IN NVT. POLIT.

ab ipsa primum Græce scriptam, à Nasone uero translata credant. Horatius

Viuuntq; commissi calores  
 Aeoliæ fidibus puellæ.

Horatius.

¶ Niveam quæ pectine] Credo legendum esse Pyrino, nã uersus in Ouidio: Nec mihi Pierides subeunt &c. Sic sunt legendi, ut mihi Ioannes Baptista Egnatius præceptor meus familiarissime communicauit Venetijs:

Non mihi Pyrino subeunt Mnaisq; puellæ,  
 Nec me Lesbiadum cætera turba iuuat.

Nam & is qui πρὸς διὰ λέκτων scripsit, μναίδος & πυρινούσ meminit. ¶ Megaramq;] Huius Suidas meminit. ¶ Cumiq; Athide pulchram] Recenset & alias Sappho amicas. Ouidius,

Vilis Amythone, uilis mihi candida cygno,  
 Non oculis grata est Atthis, ut ante meis,  
 Atq; aliæ centum, quas hic sine crimine amaui.

¶ Et te conspicuum] De Phaone loquitur, quem impense amaui Sappho, cuius amoris causas duas hic prosequitur Politianus, alteram cuius sic meminit Aelianus duodecimo τῆς παντοδαπῆς ἰσορίας. Pulcherrimū inquit mortalium omnium Phaonē à Venere olim lactucis occultatum, Esse uero & alios aliter qui scripserint fuisse Phaonem ex eorum hominum genere, qui traiciendis ultro citroq; uiatoribus nauigiolis impensiores dantes operam, uictum sibi diurnum quaeritarent, accessisse tandem aliquando & Venerem, quæ se ut in alteram transportaret ripam, nulla interim promissa stipe rogaret. Quod cum ille libentius effecisset, nescius quam transueheret deam esse, tum uero à Venere longe preciosius accepisse munus, q̄ si uel amplissimum manu precium exegisset. Alabastrum nãq; cum accepisset unguine quodã plenam, quo semel perunctus formosissimus repente mortalium cunctorum adparuit, mulieres omnes Lesbias in eius exarsisse cupidinē. Meminit huius etiam Palæphatus de fabulosis narrationibus. ¶ Seu sic facit herba potentē] Plinius lib. 22. cap. 8. ¶ Sed tandē ambracias] Statq; in Syluis,

Salusq;



COMMENT. LVD. BRASS.

Saltusq; ingressa uiriles

Nam formidata temeraria Leucade Sappho.

Strabo de Leucade, πέρφα γὰρ ὅτι λδυκὴ τῶν χροῶν προσημνίη τῆς λδυκαίδος εἰς τὸ πέλαγος ἢ τῶν κεφαλῶν, ibi est Leucate Apollinis templum, καὶ τὸ ἄλμα τὸ εὖν ὄρωτας πάντων πεπυσομενόν. Menander scribit Sappho se primam deiecit, alij Cephalum. Leucadij solent fontem aliquem auertendæ iræ Deorum gratia quotannis deijcere. ¶ Quæ toties Gorgo] Horat. Odarum libro secunda Oda 13.

Aeolijs fidibus quærentem

Sappho puellis de popularibus.

¶ Non illi Praxilla suos] Per occasionem reliquas poetrias recenset, & Sappho postponit. Easdem ferè poetrias recenset libro 3. epistolarum epistola ad Cassandram fidelem puellam Venetam. Praxilla. Græcum Antipatri Thessalonicensis Epigramma Politianus hic interpretatur, quod est tale.

ταῖς δὲ θεογλώσσῳ ἑλικῶν ἔθρεψε γυναῖκας  
ὑμνοῖς, ἢ μακεδῶν πιδρίασ' σιόπελος,  
πρηξίλλαν, μύρῳ, αὐτῆς σῶμα θῆλυ ὄμηρον  
λεσβιάδων σαπφῶ κόσμον ἐπὶ λογαίμων  
ἠελνναν, πελέσιλλαν ἀγακλῆα, ἢ σε κόρινθα  
δοῦριν ἀθανάτης ἀσπίδα μελφάμελλαν,  
κοσίδα θηλυγλώσσον, ἰδὲ γλυκυαχέα μύρτιν  
πᾶσας ἀεινάων ὄργάπιδας σελίδων  
αἰνέα μὲν μόνους μέγας οὐρανός, αἰνέα δ' αὐτῆς  
γαῖα πέκε θνατοῖς ἄφθιτον εὐφροσύαν.

Praxilla autem, de quo Politianus, Sicyonia fuit, teste Athenæo lib. 13. diphrosoph. de qua sic Theocritus in Idillio Adoniazosis.

μέλφ τὸν ἄδωνιν ἀείδειν  
αἰ τῆς ἀρ' γαῖας θυγάτηρ πολυῖδους ἀοιδος  
ἀπὸς Ἐσπέριον τὸν ἰάλεμον ἠρίσεισε  
φθεγξήτω πᾶσι φ' οἶδα καλὸν διαθρύπεται ἦδη.

Quem locum interpres frigide interpretatur, nos tamen cum Theocritum ante annos quatuor Viennæ publice interpretamur.



mur, ad poema Praxillæ, cui Adonidi titulum fecit, referendum censuimus. hinc etiam prouerbiū, cuius Zenodotus meminit:

ἡλιθιώτερος πρᾶξιλλης ἀδωνίδος manauit. <sup>k</sup> [Myrtisq; modis] De Myrtide supra diximus in Pindari uiat. <sup>l</sup> [Non dulcis Agacles]

Manifestus Politiani error, nam Antipater Telesila in superiore Epigrammate ἀγάκλεα ἐπιθετικῶς appellat, p celebri ac famigerata. <sup>m</sup> [Non Anite] Pausanias sub finem Phocicon hæc de Anita poetria commemorat:

νοσήθητι γὰρ οἱ ὄν ὀφθαλμούς, καὶ ἔ πολὺ ἀποδέοντι τυφλῶ ὁ αἰ ἐπιδαύρω πέμπει θεὸς ἀνύτῳ, πῶ ποιήθησαν τὰ ἔπη, φέρθησαν σεσημασμένῳ δέλτον, ὅσο ἐφαίνῃ τῇ γυναικὶ ὄψις ὄνφρατος, ὑπὲρ μὲν ἢ αὐτίκα, καὶ δῦρε τέ ἐν ταῖς χερσὶ ταῖς αὐτῆς σεσημασμένῳ δέλτον. καὶ πλῆθυσσα ἐς πῶ ναύπανκτον, ἐκέλευεν ἀφελόντα πῶ σφραγίδα φαλύσιον ἐπιλίγεσθαι τὰ γεγραμμένα, τῶ δὲ, δῆλως μὲν ἔδωκατὰ ἐφαίνθη ἰδεῖν τὰ γεγραμματα ἔχοντι οὕτω τῶ ὀφθαλμῶν. ἐλπίζων δὲ πῶ τῶ ἀσκληπιοῦ χρῆσθον ἀφαίρει πῶ σφραγίδα καὶ ἰδὼν ἐς τὸν κηρὸν, ὑγῆς τε ἢ καὶ δίδωσι τῇ ἀνύτῃ ἔν τῇ δέλτῳ γεγραμμένον. σατῆρας διχαλίω χρυσοῦ, id est, Dolenti oculos Phalytio & tantum non cæcutienti, Deus Epidauri Anyten poetriam amandat cum libro obsignato. Hoc enim ut faceret somnio admonita fuit, statimq; res ipsa ostendit, cum ad manus ipsum librum obsignatum reperiret. Cum igitur in Naupactum nauigatione peruenisset; iussit Phalysium libro resignato ea quæ in eo continebantur, legere. Cum uero hoc ei impossibile uideretur, quippe qui ita oculos doleret, nihilominus tamen spe erectus, & Aesculapij oraculo confisus, reuellit signaculum, & ceram perlustrans uisum recepit, & bis mille stateras aureos, qui libello annotati fuerant, Anytæ persoluit.

<sup>n</sup> [Non quæ uersus] Erinnae, Propertius lib. 2. meminit: Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnae,

Carminaq; Erinnes non putat æqua suis. Erinna autem Lesbia, secundum quosdam nonnullos Thelias Telos enim insula fuit prope Gnidum, quidam etiam Rhodiam fuisse arbitrati sunt. scripsit poema Elacaten, id est, colum trecentis uersibus. scripsit & Epigrammata, eius uersiculi æquiparati

P rati



COMMENT. LVD. BRASS.

rati sunt Homericis, uixit ea qua Sappho ætate, mortua autem est uirgo annos nata decem & nouem, qua de re incerti auctoris Epigramma extat 1. antilogiæ.

Græca Epi  
drammata.

Λέσβιον ἡέιννις τόδε κρείον ἀδύτι μικρόν  
δὴλ' ὄλον ἐκ μουσέων κερνάμενον μέλιτι  
οὐδὲ τεληκόσιοι παύτης σοίχοι ἴβι ὀμήρω.  
τῆς καὶ πρὸ Δηνικῆς εἰσακαδέκτεω.  
ἢ καὶ ἐπ' ἡλικιάτῃ μικρὸς φόβω, ἢ καὶ ἐπ' ἰσῶ  
ἔσηκε, μουσέων λάτεις ἐφαπτομένη  
σαπφῶ δ' ἡρίννης ὅσον μελέεσσιν ἀμείνων  
ἡρίννα σαπφῶς τῶσον ἐξ ἀμέτροις.

¶ Non candida Myro] Myro Bizantia natione fuit, scripsit Epica, Elegiaca, & Lyrica, fuit filia Homeri Tragici.

¶ Nec Telefilla ferox] Plutarchus in libro de claris mulieribus: τῶδ' εἰσὶν οἰκείας οὐρανὸν εὐδόξου, τῶ δὲ σώματι νοσήματα κλυεῖς θεοῦς πέμψαι ποδὶ ὑγείας, καὶ χρηθὲν αὐτῇ μουσικῆς δερατεύειν, παιδομελίῳ τῆ θεῶ, καὶ ἐπιμελίῳ ὡδῆ καὶ ἀρμονία, τῶτε παίδου ἀπαμαγῆναι τάχ, καὶ θανμάζεσθαι ἐξὶ τῶ ποητικῶ, ἔσθ' ἡ γυναικῶν. Cum uero Cleomenes Spartanorum rex ad Argos animum adiecisset obtinendas, duce Telefilla mulieres arma ceperunt ac urbem defenderunt, Cleomenen quidem ab oppugnatione depulerunt, alterum uero ducem Demaratum, qui iam in urbem irruperat eiecerunt. ¶ Non quæ canit Aegida &c.] Superius Antipatri Epigramma declarat.

καὶ σε κέριννα  
δοῦριν ἀθηναίης ἀσπίδα μελέαμελῆαν.

¶ Effusum crinem] Pausanias in Bæoticis κέριννα μόνη εἰ ταυτοῦ γράσματα ἐποίησε, ταυτῆς ὅτι μὲν μνήμα ἐν ποδὶ φανεί τῆς πόλεως, ὅτι δὲ ἐν τῶ γυμνασίῳ γραφὴ ταυνία τῶ κεφαλῶ ἡ κέριννα ἀναδουρῶ τῆς νίκης εἶνεκα. ¶ Illam etiam decimo] Ausonius in simula-

Ausonius.

Lesbia Pierijs Sappho soror addita Musis.  
εἴμ' ἐθ' ἡ λυρικῶν ἀονιδῶν δεκάτῃ.  
Hinc



IN NVT. POLIT.

<sup>a</sup>Hinc Venusina fauos dulci iucunda susurro  
 Carpsit apes, <sup>b</sup>sed acu ferit irritata cruento,  
<sup>c</sup>Hæc eadem rigidis auruncæ in uepribus errans,  
 Quas Persi manus, & Bilem succensus Aquinas  
 Mox legere sibi, <sup>d</sup>nec enim his metuendus Iambo  
 Certet Echidnæo, licet acrem effusus in iram.  
<sup>e</sup>Ore Lycambiadas rabioso occiderit ambas,  
 Archilochus, <sup>f</sup>medio licet illum in Marte peremptum  
 Vindicet, & nigro sit Pythia dura Calondæ.  
<sup>g</sup>Nec ferus Hipponax, atro qui felle cruentus  
 Bupalon & stratum, morflu laniauuit Athenin,  
<sup>h</sup>Nec Batius, spinisq; Bibaculus asper acutis.  
<sup>i</sup>Multi Bacche tuo proculcauere cothurno  
 Fortunas regum ambiguas, & ceptra tyrannis  
 Extorsere feris, totumq; tremore, metuq;  
 Horribiles, totum luctu oppleuere theatrum.  
 Pluraq; Palladiæ quondam impendistis Athenæ.  
 Dum scena Odipoden, pavidumq; agitaſtis Horeſtem  
 Atreaq;, & medica percussum Telephon hasta.  
 Oenidæq; facem, furisq; Alcmaëona pulsum,  
 Quosq; alios olidum cantor produxit ob hircum,  
<sup>k</sup>Quam cum barbarico Marathoniam sanguine tellus  
 Incaluit, multoq; obstructæ funere Xerxen  
 Termopylæ, tarda refugum uidere carina.  
<sup>l</sup>Auctorem perhibent TESPN, <sup>m</sup>quem iusta Solonis  
 Cura cothurnatis iussit descendere plaustris.  
 Tres porro insignem sibi defendere coronam  
<sup>n</sup>Aeschilus Aeriæ casu testudinis ictus.

P a

Quemq;



IN NVT. POLIT.

° Quemq; senem meritæ rapuerunt gaudia palmæ,  
 Quemq; tegit rapidis lacerum pia Pella Moloffis.  
 Inuasere locum Plias septena secundum.

Lib. Oda. 4

¶ Hinc Venusina] Horatium innuit, qui sese etiam apicu  
 læ confert, & omnes Græcos lyricos imitatus est,  
 ego apis Matinæ

More modoq;  
 Grata carpentis thyma per laborem  
 Plurimum, circa nemus, uidiq;  
 Tyburis ripas operosa paruas  
 Carmina fingo.

¶ Sed acu] Occasionem ab Horatio sumit describendi Sa-  
 tyricos, & alludit ad Satyras Horatiæ. ¶ Hæc eadem] De  
 Lucilio loquitur. Iuuenalis Saty. 1.

Per quem magnus equos Aruncæ flexit alumnus.  
 Lucilius primus stili nasum cōdidit, & ob hoc ab Horatio dictus,  
 Intacti carminis autor. ¶ Neq; enim his metuendus Iambo]  
 De Archilocho loquitur, qui teste Herodoto uixit sub Candau-  
 le Sardium tyranno, sic enim ipse inquit: καὶ ἀρχίλοχος ὁ πρῶτος  
 τὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γένομενος ἐν ἰάμβω τεμίφω ἐπιμνήσθη. Cicero  
 libro 1. Tusculanarū quæst. uixisse ait regnante Romulo. Iam-  
 bum aut adpellat Echidneū, à uipera græca imitatione. Ita em̄  
 Iulianus de ipso: ὅς ποτε πικρὴν μούσων ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαλε χόλον.

¶ Ore Lycambiadas] Horatio de Archilocho epistolarū lib. 1

Nec focerum quærit, quem uersibus oblinat atris  
 Nec sponsæ laqueum famoso carmine necit.

Et rursus in Epodis:

Qualis Lycambæ spretus infido gener.

¶ Medio licet illum] Hoc pulcherrime describit Plutarchus  
 in commentario: πῶς τὴν ἑσπέρην τῆς θεῆς βραδέως τιμωρομένηων ὁ γὰρ  
 ἀποκτείνασθαι ἐν τῇ μάχῃ τὸν ἀρχίλοχον, ἐκαλεῖτο καλλώνδης ὡς εἰοικέν  
 ἦν δ' αὐτῷ κόραξ ἐπώνυμον, ἐκ ληθεῖς δὲ τῆς πρῶτον ἑσπέρην τῆς πυθιάσ,  
 ὡς ἰδρὸν



COMMENT. LVD. BRASS.

ὡς ἰδρὸν ἀΐσθαι τῶν μουσῶν ἀνθηκῶς, εἶτα χρυσάμηνος λιταῖς ποικαὶ πε-  
 φροπαῖς μὲν δικαιολογίᾳ, ἐκελεύσθη πορβυθεῖς ἰδί πλὴν τῆ πέηιγος οἰ-  
 κήσιν, ἰλάσασθαι πλὴν τῆ ἀρχίλοχου ψυχὴν, ἔστω δ' ἡ οὐ ταίναρος. ἐκεῖ  
 γὰρ, φαῖσιν ἐλθόντα μετασώλου πέηιγα τὸν κρηῖτα πόλιν κτίσαι, καὶ  
 κατοικῆσαι πρὸ τῆ ψυχρομπεῖον. Eius rei meminuit etiam Suidas,  
 adpellat autem nigrum Calondam, propterea quod Corax i.  
 Coruus cognomento dictus fuerit. <sup>h</sup> Nec ferus Hipponax]  
 Hipponax poeta Ephesius oris durissimi, ac summe maledicen-  
 tia. Inde Ciceroni praconia Hipponactea dicuntur. Caterum  
 Politianus haec desumpsit ex Plinij libro 36, cap. 5. meminuit &  
 Horatius:

Nec acer hostis Bupalii, Hipponacta innuens.

<sup>h</sup> Nec Bacius] Legendum Battus. Ouidius Tristium 4.

Battus.

Ponticus heroo Battus quoque clarus Iambis

Dulcia conuictus membra fuere mei.

<sup>i</sup> Multi Bacche tuo] De Tragicis agit autor pluraque Pal-

ladiæ, Plutarchus in libro πτότρον ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σο-  
 φίαν εὐδοξοτόροι, in haec uerba: ὡς ἀμφοτέρων ἀθηναῖοι μεγάλην πλὴν  
 ἀπουσίην εἰς πλὴν παιδῶν καταναλίσκοντες, τουτέστι μέγαλον ἀποσώλων  
 διαπάνασ καὶ στρατευμάτων ἐφόδια καταχρηστούτες εἰς τὸ θεῖον, ἀν-  
 γαρ ἐκλογισθῆ τῶν δραματίων ἕκαστον, ὅσαυ κατέστη, πλεον ἀνελωκῶς φα-  
 νῆται ὁ δῆμος, εἰς βάνχας καὶ φοινίστας καὶ οἰδιπόδας καὶ ἀπιγόνω, καὶ  
 τὰ μηδείας καὶ καὶ ἠλέκτρας; ὧν ἔστω δὲ τῆς ἡγεμονίας καὶ τῆς ἐλθ-  
 δερίας πλεμῶν εὐδὲ βαρβαρίω ἀνάλωσεν. Errāt sane Athenienses,  
 qui magnam operam in ludos cōsumpserunt, hoc est, sumptus  
 maximarum classium, & exercituum stipendia in theatrum ef-  
 fundentes, si enim ratio ineatur, quanti quaelibet fabula consti-  
 terit: apparebit eos plus in Bacchas, Phoenissas Oetipidas, &  
 Anthigenā atque adeo Medæ & Elestræ damna expendisse, quā  
 pro defendenda patria, ac retinenda libertate cōtra Barbaros  
 absumpserint. Sane Ouidij locus inde exponitur:

Praemiaque antiqui magna tulere chori.

Siquidem Platonius in πελιγομενίσι Aristophanis testatur,  
 Athenienses olim εἰς χορδύτας magnos profudisse sumptus, inde

Ouidij locus  
 explicatus





uerbum χορηγεῖσθαι Græcis autoribus perquàm familiare, quod Metaphora inde deducta copiose sumptus suggerere ac suppeditare denotat, ita Aristot. lib. 1. Ethic. καὶ τοῖς τελείως ἀγαθοῖς καὶ χορηγουμένον, & e contra ἀχορηγῆτος eodem libro. ¶ Quam cū Barbarico] Legendum est, nam cum, satis uero constat Tragœdiam primum post Marathonium bellum cœpisse. ¶ Authorem perhibent] Horatius:

Ignotum Tragicæ genus inuenisse Camenæ

Dicitur, & plaustris uexisse poemata Thespis.

¶ Quem iuxta] Legendum iuxta, Plutarchus in uita Solonis. Ἀρχομένων δὲ τῶν πόδων δέσπον ἦδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν, ὅθεν τὴν καινότητά τῶν πολλῶν ἀγοντος τῶν πρῶτων, ἔπειθ' εἰς ἄμμιαν εὐατόνιον ἔζηγμένον φύσει φιλήκοος ὢν καὶ φιλομαθῆς ὁ σόλων, ἐπιμαῖλλον ὃν γῆρα ὁλοκλήρως παιδία καὶ νῆδία πότοις καὶ μουσικῇ πρὸς πέμπων ἑαυτὸν, ἐδεάσατο τὸν δεσπῆν αὐτὸν ἑποικρινόμενον ὡσπερ ἔδος τῶν τοῖς παλαιοῖς, μὲν δὲ τὴν δέσπον προσηγορεύσας αὐτὸν, ἠρώτησεν εἴ ποσῶν τὸν εὐατόνιον, ἔκ αἰχμῆται τηλικαῦτα φερόμενος. φήσαντος δὲ τῶν δεσπῆδος, μὴ δεινὸν εἶναι τὰ μὲν παιδία λέγειν τοῖα καὶ πρῶτα σφόδρα τῇ βακχεῖα τὴν γῆν ὁ θεῶν πατάξας, τάχα μὲν τοῖς παιδία ταυτὴν ἐπαινοῦντες καὶ τιμῶντες δὴρῆσομεν εἰ τοῖς συμβολαίοις. Sunt facillima, nec egent interpretatione. ¶ Aeschylus Aeriæ]

Aeschylus Tragicus, Plutarchus in Cimone: νικῆσαντος δὲ τῶν σοφοκλείου, λέγεται τὸν αἰχμῆτον πῶδιπαθῆν γινόμενον καὶ βαρέως ἐνεγκόντα, χρόνον ἔπολιω ἀθήνησι διαγαγεῖν, εἶτ' οἰχεῖσθαι εἰς σικελίαν ὅπου καὶ τελευτήσας πῶδι γέλασεν τέθαπται. Reliqua require ex Valerio Maximo, ad quæ respexit hic author. ¶ Quem cū senem]

De morte Sophoclis dissentiūt Græci ac Latini autores, siquidē Plinius lib. 7. ex nūcio uictoriæ Tragicæ perijsse testatur. Lucianus acino uix suffocatum scribit, quod aliῖ Anacreonti tribuunt uerba Luciani in Macrobijs hæc sunt: Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ῥάγα σαφυλῆς καταποιῶν ἀπεπνιγῆ, πέντε, καὶ εἰς ἕκοντα ἔτη. Probant etiam uulgati Sotadis poetæ uersiculi:

Sophoclis mors.

αἰχμῆτον γράφοντι ἐπιπέπωκεν χερσὶν  
σοφοκλῆς ῥάγα φάρον σαφυλῆς πνιγῆς

τέθνηκε

Quem cū



IN NVT. POLIT.

<sup>p</sup> ¶ Quemq; tegit rabidis &c.] Euripidem à canibus lacera-  
tum fuisse testatur Gellius: Fuit in Macedonia ciuitate Pella se-  
pultus eius uero Cenotaphium Athenis non procul à Piræo fu-  
it, autor est Pausanias in Attica. ¶ <sup>q</sup> Plias septena] De septē  
Tragicis iunioribus qui Pliades uocati sunt, sentit, meminit Sui-  
das in uita Sophoclis iunioris his uerbis: γέγονε δὲ μὲν πλὴν Πλείαδων  
ἄπο μὲν αὐτῶν. 2. τραγικῶν οἰπινδῶν ὀνομασθησάντων Πλείαδων, & rursus in ui-  
ta Homeri Tragicī: διοζωρηθησάντων τῶν ἐπὶ αὐτῶν οἰπινδῶν τραγικῶν  
ἐχοῦντων, καὶ ἐκλήθησαν τῆς Πλείαδος: & in uita Philisci: ὅτι δὲ τῆς δου-  
λοῦσας τῆς Πλείαδος οἰπινδῶν εἰσιν. 3. καὶ ἐκλήθησαν Πλείαδων. Plias tragi-  
corum.]  
Item in uita Lycophronis Chalcidēsis: ὅτι γούων εἰς τῶν ἐπὶ αὐτῶν οἰπινδῶν  
Πλείαδων ὀνομασθησάντων. Recenset præterea Cæses Lycophronis  
interpres, cuius bonam partem Patavi in Cœnobio diui Io-  
annis beneficio doctissimi iuuenis Pauli Laudensis perlegere  
contigit. Paulus Lau-  
densis poeta

Quippe alios, quos nec centum sit dicere linguis.  
Fortunæ nunc quemq; suæ, famæq; relinquam  
<sup>a</sup> Ni latium Varius tamen obiectare Thyesten  
Ambiat, <sup>b</sup> atq; suum iactet mihi Corduba uatem.  
Cuius ad Herculeum tremefacta Orchestra furor est,  
<sup>c</sup> Ecce & grandiloquo semet quoq; suggerit ore  
Accius, & magna conturbat uoce canentem  
Pacuius, <sup>d</sup> nitidumq; ostentat Musa secundum.  
<sup>e</sup> Adde & mordaci quatientes pulpita risu  
<sup>f</sup> Eupolin, in medium quem mendax fabula Pontum  
Cliniadæ manibus puppi deturbat ab alta,  
<sup>g</sup> Quiq; leues nebulas Attææ effuderat urbi.  
Sallus Aristophanes, <sup>h</sup> compotoremq; Cratinum.

<sup>a</sup> ¶ Ni latium Varius] Horatius.

Scriberis



COMMENT. LVD. BRASS.

Scriberis Varo fortis & hostium &c.

Et libro primo Ser. Saty. 10. Forte Epos acer.

Vt nemo Varius ducit. Acron Horatij interpres, Horatium hoc uersu, & saeuam Pelopis domum Varij Thyesten innuere testatur, & Virgilium Seruius.

Non ego te uidi Damonis pessime caprum

Excipere insidijs?

His uersibus uoluisse sibi Thyesten a Varo subreptum significare testatur. Plotiae enim Hieriae Varij uxori literatis. Virgilius hanc tragœdiã donauit, cum qua etiam adulterium commississe fertur. Donatus hoc etiam asserere uidetur in suis πελοπονησικῶν in Virgilium. Pollio apud Latinos etiam Tragœdias scripsit. Horat. lib. 2. Odarum.

Paulum seueræ Musa Tragœdiæ

Desit theatris mox ubi publicas

Res ordinariis grande munus

Cecropio repetes cothurno.

Et lib. 1. Sermo. Saty. 10. Pollio regum facta canit pede ter percusso, id est trimetris. Nunquid uero Varus etiam poeta fuerit. saepius enim apud autores Varus pro uario legitur, nos saltem Varium poetam fuisse credimus. Quero Varum studiosum poetarum, cuius Horat. in 1. Odarũ: Nullũ Vare sacra &c. meminit & Virgilius in Sileno & Mœri. uide Quintilianũ in 10. & Cornelium Tacitũ de claris Oratoribus sub persona Materni. Fuerunt & alij Tragici apud Latinos, nempe C. Tityus, quem Tragœdias scripsisse affirmat Cicero in Bruto, & alius eiusdem nominis, inferioris tamen ætatis, de quo sic Horatius:

Quid Tityus Romana breui uenturus in ora

An tragica defœuit & ampullatur in arte.

Fuit et C. Iulius qui scripsit tragœdias, de quo sic Cicero: Festiuitate igitur & facetijs C. Iulius L. F. ubi F. litera Fratrem denotat, non filium, ut uulgo arbitrantur, & sequitur: Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, sicut ex eiusdem tragœdijs, lenitas eius sine neruis perspici potest. Is autem C. Iulius habuit fratrem L. Iuliũ

teste



teste Pediano in Orat. pro Scauro. <sup>b</sup> ¶ Atq; suū iactet] De Seneca Tragico loquitur, cuius Hercules furens ad exemplar Euripidis compositus ualde probatur, ut hic Politianus & Sidonius meminit:

Orchestram quatit alter Euripidis.

<sup>c</sup> ¶ Ecce & grādiloquo] Gellius hæc recēset. ¶ Nitidūq; ostentat Musa] De Pomponio secundo tragico, de quo multa Plinius. ¶ Adde & mordaci] De poetis ueteris comœdiæ agit, quorum licentia satis apud authores nota est. ¶ Eupolin] Politianus hic refert Platonij uerba, quæ in πελοπονησιακῶν sunt hæc: ἴσμεν γοῦν τὸν δὲ πολὺν ἰδὲ τῶν διδάξαι τὸν βάρβαρον ἀποπνεύοντα εἰς τὴν θαλάσσαν ἕως ἐκείνων, εἰς οὓς κείθηκε τὸν βάρβαρον. <sup>miror sane Politianum Ciceronis uerba non legisse, quæ epistolarum ad Atticū sexto epistola. i. extant. Quis enim non dixit δὲ πολὺν τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade nauigante in Siciliam, deiectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes; affert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit. Suidas Eupolin in eo prælio, quod prope Hellespōtum ab Atheniensibus aduersus Lacedæmonios gestum est, occubuisse scribit, quo factū ut edicto caueretur, ne quis poetarum in expeditione esset.</sup>

Polit. Misc. cap. 10.

Alcibiades.

¶ Cliniadæ] Alcibiades est Cliniaæ filius. Alterius Eupolidis Ouidius meminit in Ibin.

Sit tibi coniugij nox prima nouissima uitæ,

Eupolis hoc perijt & noua nupta modo.

Quos uersus Ouidius à Græcis desumpsit, libro Anthologiae?

ἄπολι, ὡς ἀγαθὴν τε γλυκίον, ὦν ὑμνῶν.

ἴσθισεν εἰ πρῶτη νυκτὶ πεισῶν θαλάσσης.

<sup>e</sup> ¶ Quicq; leues] Laudat Aristophanē à comœdia Nebulis, quæ maxima omnium à Græcis fuit comprobata teste Platonio. <sup>h</sup> ¶ Compotoremq; Cratinum] Comicos ueteris comœdiæ Horatius unico complectitur carmine in sermonibus.

Eupolis atq; Cratinus, Aristophanesq; poeta

Horatius.

Atq; alij quorum comœdia prisca uirorum est.

Quintus Crati



COMMENT. LVD. BRASS.

Cratinus autem ebriosus persæpe ab Aristophane inducitur.  
& Horatius in epistolis.

Prisco si credis Mœcenas docte Cratino.

\*Adde novos etiam foccos, exemplaq; morum.

Et uariæ specimen uitæ, iam grata Menandro

Posteritas, ipsoq; uolente Philemone palmam

Restituit, longe sequitur quem plurima turba

Haud nostro referenda sono, sed pagina docti

Reddit Athenæi tamen, insinuatq; futuris,

°Claudicat hic Latium, uixq; ipsam attingimus umbrā,

Cecropiæ laudis, grauitas Romana repugnat.

Scilicet, & quamuis ueterum sit multus in ore

Cæcilius, quamuis iucundi scripta Tarenti

Scipio dissimulet, °quamuis Plautina camœnis

Lingua °opicis placeat, scœnam tamen ipsa suorum

Aneadum fugit alma Venus, tantumq; togatis

Interdum Afrani grato se indulget honore.

Hos tamen, atq; alios, Volcatius ordine sistit

Sedigitus. Mimos sed enim scripsere proteruos,

°Implicitusq; Sophron, °risuq; Philistio tandem

°Perditus, °hinc Laberi Lasciuia, multa q; Publi

°Claruit Ausonio sententia dicta theatro.

\* Adde novos etiam foccos] Nouæ comœdiæ poetas recen-  
set, cum primis Menandrum ac Philemonē, qua de re Gellius li-  
bro 17. cap. 4. De Menandri & Aristophanis cōparatione Plu-  
tarchus sic: αἰ μενάνδρου κωμῶνται ἀφ' αὐτῶν ἀλγῶν καὶ ἰδρῶν μετέχουσι  
ὥσπερ ἔξ ἐκένυο γεγονότων τῆς θαλάττης ἔξ ὧν ἀφροδίτη γέγονεν, οἷδ' αἰρι-  
σοφανῆς



IN NVT. POLIT.

σοφανὲς ἄλλοι μικροὶ καὶ φαχεῖς ὄντες ἐλιωτικῶν δειμύτηται καὶ διη-  
τικῶν ἔχοντες. ¶ Sed pagina docti reddit Athenæi Athenæus  
præterquam quod passim multos adducit ueteres Comicos, me-  
minit lib. d. p. n. πλεῖονα τῆς μέσης καλουμένης κωμωδίας ἀναγνῶς  
ῥαίματα τῶν ὀκτακοσίων. ¶ Claudicat hic Latiū] Alludit ad

Quintilianī uerba lib. 10. In comœdia maxime claudicamus, li-  
cet Varro Musas Aeli Stilonis sententia Plautino dicat sermo  
ne locuturas fuisse, si Latine loqui uellent, licet Ceciliū ueteres  
laudibus ferant, licet Terentiā scripta ad Scipionem Africānū  
referantur, quæ tamen sunt in hoc genere elegantissima, & plus  
ad huc habitura gratiæ si intra uersos trimetros stetissent. Vix

LEUEM consequimur umbram, adeo ut mihi sermo ipse Ro-  
manus non recipere uideatur illam solam concessam Atticis Ve-  
nerem. ¶ Quamuis Plautina] Alludit ad Aeli Stilonis sen-  
tentia, de qua supra. ¶ Opicis] Politianus lib. Epistol. 2.

Opicos adpellat qui Græce nesciant, etiam si Latine non sint in-  
docti. Iuuenalis. Opici rodebant carmina mures. ¶ Mimos  
sed enim] De Mimographis tam Græcis quàm Latinis scri-  
bit. Mimorum autem argumenta Ouidius libro 2. Tristiū his  
uersibus complectitur.

Quid si scripsssem Mimos obscœna iocantes  
Qui semper iuncti crimen amoris habent?  
In quibus assidue cultus procedit adulter,  
Verbaq; dat stulto candida nupta uiro.

¶ Implicitusq; Sophron] Valde contra syllabarum ratio-  
nem Politianus hic errauit, nisi legendum sit, Sophronq; impli-  
citus. Stadius libro 5. Syluarum

Sophrona q; implicitum, tenuisq; arcana Corinnæ.  
Sophron apud Græcos Mimographus natione Syracusius fuit,  
quē Plato semp sub puluinari habuisse fertur, eius Mimi uiriles  
ac muliebres sæpius ab Athenæo citantur. ¶ Risuq; Philistio]  
Philistion à Suida comicus esse perhibet, quidā Prusaensem, qui  
dam Nicenum faciūt, πλουτὰ ἔσθ' ἔλατος ἀπείρου ἔτος ὄσιν ὁ γὰρ  
ἴσας τὸν αὐλόγελαν. Extat in eum huiusmodi Epigramma.

Q 2. ὁ τὸν

Lib. 1. cap. 9

Opici qui  
sunt.

Sophron.



COMMENT. LVD. BRASS.

ὁ τὸν πολυτέτακτον ἀνδρῶν ἑῖον  
γέλωπικὸν ἄσασιν νικαδὺς ἑλισίων.

¶ Hinc Laberi lasciuiā] Horatius:

Sic Laberi Mimos ut pulchra poemata miror.

<sup>a</sup>Pars quoq; Sotadicos ceu prostituere Cinædos,

<sup>b</sup>Pars tenues sparsere sales epigrammate multo,

Sed Latio celebres, quem misit Iberia Marcum,

Romuleumq; suis exornans fascibus annum

Ausonius, <sup>c</sup>mitto Hortensi, doctiq; Catonis,

<sup>d</sup>Qui solus legit quondam, fecitq; poetas.

Mitto & Cornifici lusus, <sup>e</sup>Ticidæq; Perillam,

<sup>f</sup>Et Cinnam obscurum, <sup>g</sup>teq; ore proteruior Anser

<sup>h</sup>Pammetron hic cecinit, <sup>i</sup>Sillos dedit ille licentes.

<sup>k</sup>Ille Menippeæ ioca Miscellanea peræ

Inferfit, <sup>l</sup>Satyros alius nudauit agrestes,

Et patuere nouæ per mille poemata curæ.

Quas ego si Pyliaë duplicentur tempora uitæ

Iam mihi, si cunctas nostra in præcordia uoces

Fama ferat, rigidoq; sonent hæc pectora ferro.

Non amplecti ausim numero, non ore profari

Eualeam, tantæuē situm indagare senectæ.

<sup>m</sup>Nec tamen aligerum fraudarim hoc munere Dantem,

Per styga, per stellas, mediq; per ardua montis

Pulchra Beatricis sub uirginis ora uolantem.

<sup>n</sup>Quiq; Cupidineum repetit Petrarcha triumphum,

<sup>o</sup>Et qui bisquinis centum argumenta diebus

Pingit, & obscuri qui semina monstrat amoris,

Vnde tibi immensæ ueniunt præconia laudis.

Ingenijs



IN NVT. POLIT.

Ingenijs, opibusq̄ potens Florentia mater.  
 Tu uero æternam per aui uestigia Cosmi,  
 Perq̄ patris (quis enim pietate insignior illo?)  
 Ad famam eluctans, cuius securus ad umbram  
 Fulmina bellorum, ridens procul aspicit Arnus  
 Mœoniae caput, ô Laurens, quem plena senatu  
 Curia, quemq̄ graui populus stupet ore loquentem,  
 Si fas est, tua nunc humili patere ocia cantu  
 Secessusq̄ sacros auidas me ferre sub auras.  
 Nanq̄ importunas mulcentem pectine curas  
 Umbrosæ recolo te quondam uallis in antrum  
 Monticolam traxisse deam, uidi ipse corollas  
 Nexantem, numerosq̄ tuos prona aure bibentem.  
 Viderunt socij pariter, seu grata Dianæ  
 Nympha fuit, quanquam nullæ sonuere pharetræ,  
 Seu soror Aonidum, & nostræ tunc hospita syluæ,  
 Illa tibi, lauruq̄ tua, semperq̄ recenti  
 Flore comam cingens, pulchrum inspirauit amorem.  
 Mox & Apollineis audentem opponere neruis  
 Pana leues calamos nemoris sub rupe Pherei.  
 Carmine dum celebras, eadem tibi uirgo uocanti  
 Astitit, & sanctos nec opina afflauit honores.  
 Ergo & nocticanum per te Galatea Corinthum  
 Iam non dura uidet, nam quis flagrantia nescit  
 Vota, cupidineoq̄ ardentes igne querelas?  
 Seu tibi Phœbeis audax concurrere flammis  
 Claro stella die, seu lutea flore sequaci

Q 3

Infœlix



COMMENT. LVD. BRASS.

Infœlix Clytie, seu mentem semper oberrans  
 Forma subit dominæ, seu pulchra gaudia mortis,  
 Atq; piùm tacto iuranti pectore amorem,  
 Atq; oculos canis, atq; manus, niueisq; capillos  
 Infusos humeris, & uerba, & lene sonantis  
 Murmur aquæ, uiolæq; comas, blandumq; soporem,  
 Lætâq; quàm dulcis suspiria fundat amaror.  
 Quantum addat formæ pietas, quàm sæpe decenter  
 Palleat, utq; tuum foueat cor pectore Nymphæ,  
 Non uacat argutosq; sales, Satyrâq; bibaces  
 Descriptos memorare senes, non carmina festis  
 Excipienda choris, querulasue animantia chordas.  
 Idem etiam tacite referens pastoris uitæ  
 Ocia, & urbanos Thyrsos extimulante labores,  
 Mox fugis in cœlum, non ceu per lubrica nisus  
 Extremamq; boni gaudes contingere metam,  
 Quodq; alij studiumq; uocant, durumq; laborem,  
 Hic tibi ludus erit, fessus ciuilibus actis  
 Huc is emeritas acuens ad carmina uires.  
 Fœlix ingenio, fœlix cui pectore tantas  
 Instaurare uices, cui fas tam magna capaci  
 Alternare animo, & uarias ita neçtere curas.  
 Quod ni blanda meum lactant prælagia sensum,  
 Ni pietas, ni longus amor, ni uana magistros  
 Aura, suo nimios iubet indulgere fauores  
 Quemq; operi, ni me tacita experientia fallit  
 Ibit in exemplum natus, mea maxima cura,

Ibit



IN NVT. POLIT.

Ibit in acta patris, sese tanta indole dignum  
 Præstabit, iustris nondum tribus ecce peractis  
 Iam tamen in Latium Graiæ monumenta senectæ  
 Euocat, & dulci detornat carmina plectro,  
 Mécq; per Aoniæ sequitur compendia sylvæ,  
 Ereptans auide montem, iamq; instat anhelō.  
 It iam penè prior, sic ô, sic pergat, & ipsum  
 Me superet maiore gradu, longeq; relinquat  
 Protinus, & dulci potius plaudatur alumno.  
 Bisq; mei uictore illo celebrentur honores.

Finis,

Absoluta est in Fesulano, v i i i. Idus Octobris. 1486.

¶ Pars quoq;] Sotadicos poetas recenset, à Sotade Maro-  
 nita ex Creta dictos, fuere autem Alexander Aetolus Pyrrhus  
 Milesius Theodoras, Thimachoridas, & Xenarchus. Cæterum  
 Sotadæ duo fuere, alter Comicus Atheniensis, cuius Athenæus  
 lib. ξ. σωτάδης δ' ἔχ' ὅ τῶν ἰωνικῶν ἀσμάτων ποιητῆς ὁ μῦθωνιτις ἀλλὰ  
 ὁ τῆς μέσης κρημωδίας. Alter, de ᾧ hic, cuius idem Athenæus lib.  
 14. meminit: ὁ δὲ ἰωνικὸς λόγος τὰ σωτάδου, καὶ τὰ πρὸ τῶν ἰωνικῶν κα-  
 λυμένα ποιήματα. Ἀλεξάνδρου τὸ τῶν αἰτωλῶν καὶ πύρρητος τῶν μιλησίων  
 καὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἄλλων τοιούτων ποιητῶν προφέρεται. καλεῖται δὲ  
 οὗτος καὶ κιναιδολόγος, ἥκμασε δὲ εἰς τὸ εἶδει, τῶν σωτάδης ὁ μαρω-  
 νίτης ὡς φησὶ καρύσιθ' ὁ πύργαμιλως εἰ τῶν πρὸ αὐτῶν σωτάδου συγγραμ-  
 ματι, καὶ ὁ τῶν σωτάδου υἱὸς ἀπομῶνιθ'. ἔγραψε δὲ καὶ ἕτερος πρὸ τῶν  
 τῶν πατρῶν ποιημάτων συγγραμμάτων ἔξ' ὅσιν καπεδὲν τὴν ἀκαίρον παρρη-  
 σίαν τῶν σωτάδου, κακῶς εἰπόντος λυσιμαχὸν τὸν βασιλέα τὸν Ἀλεξαν-  
 δροῦ πρὸς πολυμαχίον δὲ τὸν φιλάδελφον πρὸς λυσιμάχου, καὶ ἄλλους τῶν  
 βασιλέων τῶν ἄλλων τῶν πόλεων, διοπτρῆς θεούσης ἔτυχε πικρῆς.  
 ἐκπλευσάντα γὰρ αὐτὸν τῆς Ἀλεξανδροῦ, ὡς φησὶν ἠγήσανδρος εἰ τοῖς





Μεμνίτι Πιυτάρχ. ποδι ποι δων ἀρ- γής.

Ἐπεὶ μνήμοσι, καὶ δοκίμῳ τε διαπεφθυγεναί τὸν κίνδυνον. εἶρηκε γὰρ εἰς τὸν βασιλέα πῶλεμαῖον πολλὰ δεινὰ, ἀτὰρ καὶ τὸδε ὅτε τῷ ἀδελφῷ ἀρσίνοῳ ἐγεγραμῆκεν, εἰς οὐχ ὅσιον φρυμαλιῷ τὸ κέντρον ὠδεῖς, πάφροκλος οὖν ὁ τῆς πῶλεμαῖος στρατηγὸς ἐν κέντρῳ τῆς νῆσῳ λαβὼν αὐτὸν καὶ εἰς μολυβῶν κεραμίδα ἐμβαλὼν, καὶ ἀνάγκασεν εἰς τὸ πέλαγος κατεπόντασε. Sunt ualde facilia adeo ut uersione non egeant. Sotadæ uersus Ionici dicti fuerunt, quemadmodum Aristidæ carmina Milesia ob summam luxuriam utriusq; gentis, hinc Horat.

Sotadis uersus quomodo dicti.] Motus doceri gaudet Ionicos.

Quintilianus libro 9. cap. de cōpositione, semel atq; iterum Sotadeorum meminit: Neq; si parui pedes inquit uim detrahant rebus, ut Sotadeorum. Et iterum; Plurimq; enim ex commissuris eorum, uel diuisione fiunt pedes, quo fit, ut hisdē uerbis aliq; atq; aliq; fiant uersus, ut memini quendam non ignobilem poetam ita lusisse.

Astra tenet cœlum, mare classes, area messem  
Hic retrorsum fit Sotadeus. meminit & Terentianus & Diomedes. Hinc Martialis:

Nec retro lego Sotadem cynædum.

Strabo eἰν lib. 14. Scribit Sotadem cynædicæ orationis primū fuisse authorem, postea autem Alexandrum Aetolum, in simplici oratione Lycidem uero & ante hunc Cimum adhibito cantu, apud Latinos Sotadicos scripsit L. Actius. Gellius lib. 7. cap. 9.

<sup>b</sup> [Pars tenues] Epigrammatographos recenset, Martialem Hispanum, & Aufoniū Gallum consulem Romanū. <sup>c</sup> [Mitro hortensi] Cato poeta & Grammaticus, Suet. multa de eo in libello de claris Grammat. meminit. Ouidius:

Et læue cornifici parq; Catonis opus.

<sup>a</sup> [Quis solus] Desumpsit ex Suetonio hoc uerbū. <sup>e</sup> [Et Cinna obscurum] Cinna teste Catullo difficillimum fecit poema, cui titulum fecit Smyrna, quam Crassitius Grammaticus interpretatus magnam laudem promeruit. Catullus:

Smyrna mei Cinnae nonam post deniq; messem

Quam cœpta est, nonamq; edita post hyemem,

Huius



IN NVT. POLIT.

Huius exemplo Horatius poemata in nonum annum premen-  
da censet, Quintilianus etiam meminit. ¶ Teq; ore proter-  
uior Anser] Ouidius.

Cinnaq; procacior anser.

Propertius libro secundo.

Nec minor his animis aut si minor ore canorus

Anseris indocto carmine cessit olor.

Anser Antonij partes sequutus est, & ab eo ualde probatus, à q̄  
partē agrī Falerni accepit. Cicero, de Falerno anseres depellan-  
tur. Antonius adeo peruersi iudicij fuit, ut pessimos quosq; poe-  
tas in honore habuerit, quemadmodum etiam Strabo libro 14.  
de quodam Boeto Tarsensi malo poeta scribit, quem Antonius  
ualde honorauit. ¶ Ticiðæq; Perillā] Eius meminit Oui-  
dius: Dilexit Metellam, quam Perillam mutato nomine adpel-  
lauit. Perperam tamen in Ouidio Tindæ pro Ticiðæ legitur.

¶ Pammetron hic cecinit] Diogenem Laertium designat,  
qui uario carminum genere illustrium Philosophorum uitas de-  
scripsit, cui operi Pammetron titulum fecit, meminit ipse in uitis  
quæ hodie extant sapissime. ¶ Sillos dedit &c.] Duo quod  
memini apud Græcos Sillographi fuere, Timion & Xenopha-  
nes. Timion autem Phlasius natione, fuit sectæ Pyrrhonicæ,  
scripsit contra Philosophos libros tres, Sillorid, meminit Gelli-  
us lib. 3, cap. 17. poema amarulentum ac conuitijs plenum. Xe-  
nophanis uero meminit Strabo sic:  $\xi\eta\omicron\phi\alpha\iota\eta\varsigma\ \kappa\omicron\lambda\theta\phi\omega\nu\iota\theta\ \delta\ \alpha\delta\upsilon$   
 $\sigma\iota\mu\omicron\iota\sigma\ \pi\omicron\iota\eta\sigma\alpha\varsigma\ \alpha\lambda\lambda\ \pi\omicron\iota\eta\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$ , & Cicero de philosophis loquēs:  
Xenophanes minus bonis quamquam uersibus, sed tamen illis  
uersibus increpat eorum arrogantiam, qui locus Ciceronis de  
Sillogragho Xenophane intelligendus est. Silli autem dicun-  
tur poemata maledica,  $\acute{\alpha}\rho\ \tau\tilde{\epsilon}\ \sigma\iota\mu\acute{\alpha}\iota\upsilon\delta\upsilon$ , quod carpere ac cōuiciari  
significat, testis Iulius Pollux, & Lucianus in Prometheo, Sillo-  
graphorum meminit etiam Ammianus Marcellinus. ¶ Ille  
Menippeæ] Menippus quem sapissime Lucianus exagitat se-  
cta Cinicus fuit, & (ut Suidas in dictione  $\phi\alpha\iota\omicron\varsigma$ ) eo processit in-  
sanie, ut Erinnyos habitum sibi assumeret, dicēs sese ab Orco ad  
hominum



Menippus.

Lib. 4. de p.  
Athenæus.

Dantes.

hominum scelera uindicanda emissum esse. Erat ei uestis talaris subnigra, cinctura Persica, pileus Arcadeus in capite, in q̄ duodecim signa erant intexta, calcei tragici, barba promissa, bacillus fraxineus. Menippi meminit Gellius lib. 2. cap. sic: Ex quibus ille Menippus fuit, cuius libros M. Varro in Satyris æmulatus est, quas alij Cynicas, ipse adpellat Menippeas. Et rursus libro. 13. ca. 29. Cætera ut Athenæus autor est, Varro cognomen to Menippus appellatus fuit, & ἄλλων ὁ Μενίππιος ἐπιχλωμῆνος. Ap-  
pellat autem ioca Miscellanea quod sparsim multa argumenta tractauerit, puta sesqui Vliffem, Herculem Socraticum, Endymiones Eumenides, de ebrietate, sepulchrū Menippi, uirgulam diuinam, & alia, quæ Nonius ac Festus Pompeius citant. ¶ Sa-  
tyros alius] Aliud poematis genus innuit quā Satyram, quæ tota Latinorū est, à Lucilio, q̄ primus stili nasum cōdidit, inuen-  
ta. Horat. Serm. De Lucilio, Græcis intacti carminis author. Atqui non immerito quispiā dubitaret, cum Ennius poeta qui præcesserit Lucilium poetā, etiam Satyras scripserit, & sane con-  
stat, Ennī tamen Satyræ nullam stili amaritudinem præse præ-  
tulerunt, sed ueluti locorum communium farraginem quādam, quam scribendi rationem Varro etiam Romanus sequutus est, complectebantur. Vnde etiā per Satyram aliquid quod sit pro-  
miscue fieri dicimus, sed Politianus in hoc loco Horatiū sequutus  
aliud carminis genus innuit, Carmine qui tragico uilem certa-  
uit ob hircū. Mox etiā agrestes Satyros nudauit &c. Nā olim  
Tragica sæueritas Satyrico quodam loco leniebatur. meminit  
Aristot. in Poet. de Sophocl. loquens, ἐπὶ δὲ τῷ μέγιστος ἐκ μικρῶν  
μύθων ὁ λέξιος χειρὶσ' ὅτι τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν. ¶ Nec  
tamen aligerum] Dantes poeta Florentinus, qui lingua He-  
trusca multa egregia scripsit, quæ adhuc extant, & in Italia ma-  
gno in precio habentur. ¶ Quiq̄ cupidineum] Emphasis  
est in uerbo repetit. Nam Lactantius meminit cuiusdā poetæ, q̄  
sua ætate triumphum Cupidinis descriperat. ¶ Et qui bis  
quinis] De Boccatiū itinerarijs intelligit, quæ Itali Iornadas  
adpellant.

Hæc



IN NVT. POLIT.

Hæc sunt fermè lector candide, quæ interpretatione nostra  
digna esse censuimus, quæ autem sequetur (nisi me philautia di-  
uersum agit) uberior erit foetura.

FINIS.



Norimbergæ apud Iohan. Petreium, anno  
M. D. XXXVIII.



IN NVT. POLIT.

Hic sunt litterae quibus de qua re tractatum est  
dignis et certis modis per nos legimus. (Sic me scribitur de  
certis agitur doctor et foris.

FINIS



Notandum quod hoc in P. in fine  
M. D. XXXVII.





DE TERRAE AMBITU ET  
DIAMETRO.

Volens invenire ambitum terrae, supponat  
12. signa esse zodiaci, & quodlibet signum  
habere triginta gradus. Unde multiplicando  
12. in 30. resultabunt trecenti, sexaginta  
gradus, & tot sunt gradus totius zodiaci.  
Insuper supponat 2 milibet gradum in caelo com-  
pendere 60. miliaria Italica, aut 15. Germa-  
nica coia, aut Suevica 12. si igitur terrae  
ambitum noscere cupuerimus, multiplicandi  
sunt 360. gradus per 60, & perveniet  
miliaria Italica viginti unum mille &  
21600. facta, per 15. nascentur quinquies mille &  
5400. quadringenta, & 12. Et sunt quater mille  
& 320. trecenta, & viginti miliaria Suevica.

	60	Italiana	21600	} miliaria
360	15	Germanica	5400.	
&	12	Suevica	4320.	
700 padia			~ 52000.	padia



DE DIAMETRO TERRE.

Si quis vero de terræ ambitu Diametrum  
 scire cupit, hoc pacto agit, multiplican-  
 do scilicet ambitum & circumferentiam  $\div 7$ .  
 & productum numerum dividendo  $\div 22$ .  
 & nascetur in quotiente Diametri  
 numerus 9, habebit itaque Diameter terræ  
 miliaria.

Italica .	6872	&	$\frac{8}{11}$	} Hül.
Germanica .	1718	&	$\frac{2}{11}$	
Suetrica .	1874	&	$\frac{6}{11}$	



Fb 2245

ULB Halle 3  
003 860 124



Sb.


m.c.











8/3325

# IN ANGELI POLITIANI NVTRI TIA COMMENTARII.

Auth. Ioan. Ludouico Brassicano Iuris  
utriusq; consulto.

IOANNI LVDOVICO  
*Brassicano, Rosinus.*

Aonio Musæ puerum te fonte rigarunt,  
Hic tibi Pierij Nectaris hauustus erat.  
Cynthius æterna merito tua tempora lauro  
Induit, & clari nominis auxit ope.  
Ergo pro meritis gratus Nutritia reddis,  
Hinc celebris per te sacra poesis erit.  
Tu Musas igitur Musæ celebrare uicissim  
Te satagunt, sic par extat utrinq; Charis.

Norimbergæ anno domini  
M.D. XXXVII.